



**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Prima Dies Exercitiorum. Occupationes primæ Diei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

PRIMA DIES
EXERCITIORUM.

Occupationes primæ Dici.

DISSERTATIO.

*De vera Hominis felicitate, & in-
felicitate in hac vita.*

- Meditatio I. De Creatione Hominis.
- II. De Vocatione Hominis ad Christi Fidem.
- III. De Vocatione ad statum Religiosum.
- IV. De Vocatione ad Statum Ecclesiasticum.

Qui tres tantum Meditationes obire cogitat, habita conditionis suæ ratione omittat quartam; aut ex duabus unam conficiat. Qui verò nec Religiosum nec Ecclesiasticum sectatur statum, protervia repetat secundam; & si placeat, quartam etiam horam Meditationi tribuere, primam, secundæ conjunctam, animo recolat.

*Ex Libello Exercitiorum. Legantur Addi-
tiones.*

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione

Cap.9.lib.3.

Pro II. Caput 22.& 26.lib.3.

Pro III. Cap.17.l.1.& 10.l.3.

Pro IV. Cap. 1. & 5. lib.4.

Hæ de Imitatione Christi Lectiones suaviter,& citra fastidium occupant Spiritum,in iis, quæ meditanda sumpserat. Quòd si aliquando capita occurrant , quæ minus cum Meditationibus convenire videntur, pro quibus assignata sunt ; pro arbitrio tuo poteris alia feligere, modò illa non arripias , qua alius Meditationibus jam notata debentur.

Consideratio erit de Missa , Vesperis , Sacra Communione, & Visitatione Venerabilis Sacramenti. Ante Considerationem tamen legenda Annotatio septima , quæ modum Considerandi docet.

Qui neque Religiosus,neque Clericus est,neque animum habet utrumvis statum amplectendi, loco Tertiæ Meditationis , Secundam repetet, &, si quater per diem meditari vult, quarto loco repetitionem primæ & secundæ accipiet.

Qui,cum Religiosus & Clericus sit,non nisi ter per diem meditari vult, pro Tertiâ Meditatione ita Duas de Vocatione ad Religionem, & de

de Vocatione ad statum clericalem in unam
conjugat, ut cuivis medium horæ partem tri-
buat.

Qui Religiosus est, & non Clericus, vel Cle-
ricus, & non Religiosus, omittet illam Medita-
tionem, quæ suo statui non erit conveniens: Et,
si quater tamen meditari vult, quarto loco Ter-
tiam & Secundam repetet.

Circa Meditationem

De Creatione Hominis.

Observa sanctum Ignatium hoc Exercitium
Principij seu Fundamenti nomine insignire,
idque cā potissimum de causâ, quod in totâ qua-
si Oeconomia Exercitiorum, quin imò univer-
sim in totâ ad perfectionem ritè indipiscendam
disciplinâ, illud est hæc Consideratio, quod in
aliis scientijs est Principium, comparatum
cum conclusionibus, quas post se trahit; vel
quod est in ædificio Fundamentum, cui orans
reliqua lapidum massa innititur. Non secut-
enim, atque omnes Conclusiones, quidquid ha-
bent evidenter, illud principio, ex quo per ne-
cessariam Connexionem deducuntur, debent;
& sicut omnis reliqua lignorum, saxonumque suau-
moles à Fundamenti robore firmitatem suam
in ædificio accipit; ita quidquid est axiomatum p[er]is

le-

I. Meditatio. De Creatione Hominis. 31

legumve Religiosarum, quibus in Virtutum Exercitio promovemur, ab istâ Consideratione sumit efficaciam: neque aliunde salutares illi voluntatis nostræ motus oriuntur, quibus salutem nostram unicè studemus procurare, quâm ex primo illo, & innato nobis studio, quo Beatitudinem desideramus. Quâm proinde necessarium est, in altum evehendis ædibus robustum Fundamentum ut subijcias, tam oportet peritè fundari hoc in principio spiritualem, quam moliris machinam, id quod obtinebis efficaciter, si, quâ faserit, evidentiâ manifestè Veritatis hujus vim penetraveris, & voluntatem ad Cogniti supremi Boni tui tenerrimum amplexum permoveris, ut non aliunde deinceps omnium actionum tuarum normas, quâm ex hac Consideratione desumptas velis; non aliter creatis utare rebus, quâm quoad ad finem, quem intendis; ultimum, & felicissimum conducunt.

Præter hanc, quam explicavi, necessitatem, quæ & nomen, ut dixi, *Principij* huic Considerationi fecit, alia insuper est ratio, quæ eandem nomen dationem convenienter admodum persuadet fuisse impositam.

Ea verò talis est. Quemadmodum in Disciplinis literarijs Principium, ritè intellectum, se-
cu-

curos nos facit de Conclusionum , quas veluti
gignit, evidentiâ omnémque de opposito for-
midinem plenè nobis eximit , siquidem utrius-
que inter se nexus manifestè deprehendimus.
Ita si solidus est finis nostri amor , iners non po-
test esse in inquirendis , & adhibendis medijs
voluntas. Id quod in alijs quoque negotijs ex-
ploratum est. Si quid enim certis quibus-
dam modis obtainere generosus sibi animus im-
mutabili decretô proposuit, segnis non est in ad-
hibendis, quos sibi præfixit, modis, nisi unâ &
primam illam , quâ in finem ipsum ferebatur
voluntatem immutaverit. Unde tandem jam
Corollarij locô conficies , quanti momenti ad
salutis tuæ negotium allatura sit hæc medita-
tio, quando ejus est efficacîæ, ut tantum in pro-
curandâ animi nostri supremâ felicitate labo-
remus , quantum illam Considerationis hujus
beneficiô cognoverimus. Atque ideo fructu
etiam, quem colligere ex illa debes, non esto do-
lor aliquis, valde acerbus, quem ex eo concipiatur
quòd à Fine tuo toties, & tam nefariè deflexeris
sed in hoc potius omnis versetur labor tuus,
hujuscem finis tui, tam excellentis, & mediorum
ad eundem conducedentium manifestam notitiam
habeas, & voluntatem ad sincerum atque
ardens ejusdem desiderium inflamines; qu

I. Meditatio. De Creatione Hominis. 33
elut
for.
rius.
mus.
n po.
edijs
s ex.
ibus.
s im.
n ad.
nà &
oatut.
a jam
nti ad
edita
n pro.
labo.
hujus
ructu
to do
cipiat
exeris
us, u
orum
notici
atqu
s; qu
an

animatus totum te salutis tuæ nobili negotio
deinceps velis impendere.

III. ANNOTATIO

De Fundamento Exercitiorum.

Duo præcipue observanda occurunt &c.

Prima Veritas

Explicata in Meditatione de Creatione Ho-
minis.

Creatus est à DEO Homo, ut beatus sit, hac
lege, ut mereretur hanc Felicitatem suam, vo-
luntatem Creatoris sui aliquamdiu exequendo;
futurus è contrario æternæ pœnae obnoxius, si
DEI Legislatoris Præcepta auderet rebellis
contemnere.

Primum Punctum finem proponit, ob
quem Homo creatus est. Secundum Obliga-
tionem exhibet, quam DEUS Legislator & Re-
munerator imposuit. Tertium docet, quâ
ratione pertingere Homini ad Felicitatem, &
evitare æterna supplicia concessum sit.

Atque in Prima hac Meditatione Primam
illam Veritatem intelligis, Creatum te nimi-
rum esse ob beatitudinem, ut Primum habet
Punctum; obnoxium te fieri æternis suppli-
ciis, si Creatoris tui Legibus vivas contrarius, id

C

quod

quod secundō Punctō doceberis ; & denique non aliā ad summam felicitatem tuam re opus esse, quā ut in omnibus Creatoris tui Sanctissimam Voluntatem exequaris , quod ex Tertio Puncto intelliges.

Meditatio .

De Creatione Hominis.

Oratio præparatoria fiet modō , quo Sanctus Ignatius, initio primi Exercitij de peccatis, faciendam jubet. Nimirum ut DEO Domino nostro , ejusque Sanctissimo Cultui hac horā nos ex integro dedicemus , Divināmque ejus opem sedulō imploremus ; quā adjuti, sinceri omnes vires & facultates nostras , actisque omnino omnes, majori Divinæ Majestatis Gloriæ impendamus.

I. Præludium ad captivam quasi tantisper attinendam, vagam alioquin, imaginationem nostram servit, si locum menti nostræ studuerimus obiecere, ubi hærere interim, dum supplicemus. & quasi cœcludi, nobis videamur, qui & mutandus quandoque pro Meditationum diversitate erit. Hac in Meditatione singam , me hominem esse, qui peregrè profectus, ad hospitium solum ex itinere divertit , unicè intere studiosus, ut suum in patriam, ad quam tendit

I. *Meditatio. De Creatione Hominis.*

iter quotidie prosequatur. Huic peregrino similem me facit Sanctus Paulus 1. ad Timotheum 2. ubi docet, Coelum esse patriam illam meam, ad quam magnis itineribus tendendum mihi sit, cum dicit: *DEUS vult omnes Homines salvos &c.*

II. Præludium id agit, ut disponat animum, ad fructus illos, qui Meditationi respondere solent, percipiendos: & proinde semper in gratia cuiusdam petitione consistit. Est autem hæc diversa pro eo ac diversus quoque Meditationum variarum finis est. In hac petam à DEO gratiam cognoscendi, uti decet, felicitatem, ad quam me creare, & media, quibus me uti volvit, ad consequendum hunc Finem. Sed & ut affectum clementissimè indulget, precastor, quo omnibus animi corporisque viribus tam excellenti fini meo plenissimè statuam me consecrare.

I. P U N C T U M.

Quem in Finem **D E U S** creaverit hominem.

Consideranda.

D E U S ab omni æternitate felix, solâ Divinæ essentiæ suæ comprehensione infinitè bonâ, felicitatem hanc suam Creaturis etiam, quoad capa-

C 2

capa-

capaces essent, communicare voluit. Eumque in finem tum angelos esse voluit, tum homines, rationis capaces, quibus, non ut essent tantum, sed ut tales quoque essent, indulxit, quales sunt, quos Felicissimam Divinæ Gloriæ suæ Possessione felicitare vult. Et hic tandem finis ille est, quem intendit Optimus Maximus Creator noster, quando me ex nihilo meo extrahere clementissime dignatus est, in cuius abyssò tot Angelos hominésque æternū sepultos reliquit. Ex hoc fidei dogmate eas deducam conclusiones, quæ voluntatem ad sequentes, vel certè his similes impellant affectus.

Affectus.

1. Modestissima admiratio ex eo concipienda, quod DEUS tantæ Majestatis, mei meminisse ab æterno voluerit, rei scilicet vilissimæ, pro ipso adeo Creationis beneficio tantopere ingratæ. 2. Dignum, ut par est, & ardens ex quo desiderium tam pretiosi finis, ad quem factus sum, particeps nimirum futurus Divinæ, si vellem, felicitatis. 3. Ortus hinc generosus quidam contemptus deliciarum omnium, quæ natura offerre potest, quarum sicut nulla est, quæ augendæ Divinæ Beatitudini sufficiat, ita neque comparari cum illo potest, quod DEUM dicitur. 4. Amor debitus mille titulis Infinitæ Boni.

I. *Meditatio. De Creatione Hominis.* 37

Bonitati, quæ ignobili nihilo tam liberaliter, etiam cum honoris sui quodam præjudicio, se sustinet impetrare. 5. Gratiarum actio studiosissima pro tanto, quod tot Angelis & hominibus, & mihi præsertim contulit, beneficio; mihi, qui tot alios, meo aliquin loco creando, exclusi, futuros utique minus tantò beneficiorum indignos, & instrumenta Divinæ Gloriæ nobilissima. 6. Plena ingenuæ verecundiæ pœnitentia de cura usque adeo propè nullâ obtinendi finem meum, & de delictis tam gravibus, quibus illum impudens ausus sum offendere, ad cuius demississimam Reverentiam tot nominibus obligatus sum. Proponam emendare, quam deprehendero, negligentiam, eumque in finem Divinam sedulus opem flagitabo.

II. P U N C T U M.

Ad quid obligaverit Deus Hominem?

Consideranda.

Cùm DEUS eo Fine Hominem fecerit, ut Coeli tandem felix Incola, æternos illic & beatissimos dies viveret, in illo cundem tramite statuit, qui ad hanc patriam recto itinere ducit. Hoc egit nempe, cùm leges illi scripsit, quibus tum agenda quædam imperavit, tum vetuit:

C 3

Cæ-

cæterorum usum arbitrarium homini esse voluit, invitans tamen, ut & istum ad Creatoris sui gloriam modō, quō posset, optimō referret. Id quod totum duplici insuper hac conditione pacisci quasi voluit. Primum, ut quoties homo amore Creatoris sui, Ejusdémque majoris Gloriæ studiō laborat, & aliquam Divinarum Ejus legum observat, vel aliud pietatis opus præstat, toties virtutis suæ lucrum, gloriæ & gratiæ incrementum aliquod accipiat; obnoxius autem fiat poenis æternis, omniq[ue] gratiā, & patriæ cœlestis aditu excludatur, quoties graviore delicto Divinam Majestatem refractarius auderet offendere.

Alterum est, ut pro meritorum aut noxarum numerō, complendō cum vitæ nostræ tempore, felicior quisque vel infelicior ex æquo per totam æternitatem futurus sit. Ex quibus omnibus hos licebit deducere

Affectus.

1. Adorabo infinitam DEI mei Sanctitatem, qui uti committere non potest, ut absque præmio bonus sis, ita supplicium omni noxæ irrogat, eâ vindicandi justissimâ necessitate, ut neque Creaturis, sibi cæteroquin carissimis, & quibus bona paravit maxima, velit parcere, sed æternū illas perdere non dubitet. 2. Ama-

mabo inexhaustam illius Bonitatem, qui non contentus produxisse me, ad hoc ut beatus aliquando essem, & ad id consequendum subministrasse, quidquid est necessarium, illud insuper voluit adjungere, ut, quem amoris lege efficaciter nondum ad bonum impulisset, eum metu saltet aeternorum cruciatuum potius impelleret: & hinc est, quod necessitatem mihi imposuerit, aeternas adeundi poenas, siquidem aeternum felix pro suo desiderio esse non eligerem. 3. Laudabo vindicem illam DEI mei Justitiam, quam in Rebelles suos solet exercere. 4. Laudabo suavissimam ejus Gubernationem, quam pronior semper est, ad bene subditis suis faciendum, & remunerandum potius, quam ad plectenda, quae perperam acta sunt: id quod inde coniunctionem, quod res esse plurimas voluerit, ex quibus ita Divina Gratia pretiosum liceat lucrum facere, ut tamen, si ijs abstinenterem, id mihi non ad supplicium quoddam officeret. 5. Detestabor serio, quidquid ab ultimo me fine utcunque separat. 6. Metum concipiam salutarem, ne forte, & vitiò quidem meo, tam beato fine aeternum excidam. 7. Quam extream infelicitatem ut benignissime bonus DEUS a me velit avertere, precibus flagitabo calidissimis. 8. Firum animo meo decre-

tum concipiam, omnia prius subeundi mala, quām ut Divinis legibus, in re quantumvis minimā, repugnem. 9. Tandem illustrari divinus petam, & doceri, qui me in usu rerum, quas neque praecepit DEUS, neque vetuit, conveniens sit, ut geram.

III. PUNCTUM.

Quæ Media DEVS concesserit homini, ad suum finem consequendum?

Consideranda.

Via, quā DEUS hominem ad beatitudinem vult pergere, hæc est: ut mereatur illam, amando Creatorem suum, & hujus sanctissimam voluntatem liberè implendo, idque, post primi quidem Parentis nostri lapsum, tamdiu, quamdiu in hac mortali vita ad beatam illam Patriam peregrinamur. Hunc in usum omnem reliquam illi concessit creaturarum quasi supellectilem, quibus uti hominem voluit, quoad eas ad Creatoris sui gloriam, finemque suum, judicaret expedire. Ita & Medium tandem pertinendi ad felicitatem in hoc unico constituitur, ut & Te ipso, & rebus cæteris omnibus, ut par est, utaris: id quod fiet, si ita animum & affectus omnes moderaberis, ut integrimè omnes solum & unum DEUM respiciant, ac nunquam

quam

quam monstrata intorsione ad se se reflectantur. Et hoc tandem est, Anime mi, illud, quod unum est necessarium, pulcherrimaque amoris tui occupatio, à qua unicè post DEI auxiliatricem gratiam, omnis salus & beatitudo tua dependet. Neque enim vel ego aliquando propriam sponte esse desinam, vel in nihilum meum, unde extractus sum, relegabit DEUS; & hinc vel æternis memet suppliciis addicam, si quid contrà, quam DEUS meus volet, amavero, vel æternis me bonis asseram, si super omnia DEVUM, summum Bonum meum dilexero. Atque ita unus est DEI mei amor, qui me procul omni infelicitate constituit, & feliçissimis auspiciis ad summum bonum me suauissimè deducit, siquidem omnes animi, & liberi arbitrij mei facultates tam beato Duci plenè commisertero. Hoc, ut decens est, cùm fecero, beatus ero: secus si quid egero, miserabilis & deplorandum seris lacrimis. Hanc considerationem hi potissimum sequentur

Affectus.

1. Laudare Divinam Sapientiam, quòd ad finem nobilissimum, medium quoque ex genere suo tam excellens, & ad finem obtinendum tam idoneum elegerit. 2. Amor amabilissimæ Bonitatis, quæ, ut indulgere se nobis pos-

C. §.

sit,

fit, non ad aliud nos obligat, quam quod admiculante, quam unà offert, Gratiâ, tam nobis est jucundum & facile, ut, quantum quisque vult, tantum possit, ad obtainendam felicitatem suam conferre. 3. Ardens desiderium soli DEO, ejusque Divino arbitratui & beneplacito vivere. Quam enim, & sanctum est, & amabile, DEO, Ipsi nimirum Sanctitati & Bonitati, vivere unitum! Quam æquum est, ut voluntati, omnib[us]que animi mei facultatibus, unus saltem aliquamdiu dominetur DEUS, cum ego per totam aliquando Æternitatem quam licebit, possidere gestio! Quam idem deinde salutare mihi & proficuum est, quando extra DEUM nihil est omnino, quod incrementum aliquid ad beatitudinem meam possit conferre. 4. Detestari, quidquid aliò divertit animum ut non integrè DEO suo se consecret; execrare omnem voluptatem, aliunde, quam ex Deo bonoru[m] omniu[m] fonte quæsitam. In solo deinde DEO quiescent omnes affectus, & amores mundi hic vivo; illum diligā, ut meus sit, quamdiu post exiliū hujus breve tempus, in longa Æternitate vixero. 5. Grates Divinæ liberalitati agere, quæ tam sollicitè providit, quidquid beatitudinis nostræ consecrationem expedit. Displacentia, quod inepitè creaturas amaverit.

qua ad hoc tamen nunquam datae sunt, ut in
ijs tanquam fine suo conuiicerent affectus
mei. 7. Sincerum desiderium, omnes vitæ
huius eventus ad magnos in procuranda salute
mea profectus, quoad licebit, adhibendi. 8.
Solaris, & animare mémet in omni fortunæ vi-
cissitudine, utcunque enim illa videbitur acer-
ba, hoc tamen habebit amabile, quod & salu-
tis meæ, modò velim, sit præsidium. 9. Mo-
ti omnibus rebus creatis, quandoquidem illæ
ad salutem meam nihil conferent adminiculi.
10. Aequalis erga omnia affectus, quæ aequali
passu ad finem meum me promovent. 11. De-
siderium eligendi ex rebus creatis illas, quæ sa-
luti meæ conducunt efficacius. 12. Certo sta-
tuere, vitare omnia, quæ quocunque modo of-
ficere, serio virtutum studio deprehendam. Hæc
tandem proposita sequens excipiet

COLLOQUIUM. Post grates DEO humilli-
mè aetas, quod creare me voluerit, ut æternum
sui possessione beatus essem, offeram me totum
ad Divinæ suæ Majestatis obsequia, mecumque
irrevocabile hoc faciam decretum; quidquid
deinceps egero, in id unicè referam, ut Divi-
nus Honor & Gloria incrementa inde accipiat
gloriosissima: sicutque animatus, necessaria m
ad conatus meos Divinam opem postulabo, &
dicam Pater noster.

Com.

Compendium Meditationis

De Creatione Hominis.

Oratio preparatoria. Offeram me DEO
ad ejus, dum hæc Meditatio fit, sincerum ob-
sequium.

I. PRÆLUDIUM. Peregrinum me singam,
idque ex Sancti Pauli doctrina intelligam, quod
iter ad Cœlum habeam, ita nempe disponen-
te DEO, qui vult omnes homines salvos fieri.

II. PRÆLUDIUM. Gratiam petam, qui
cognoscam finem meum, & id, ad quod à Do-
mino DEO meo obligor, uti & Media, qui
ad procurandam salutem meam DEUS sup-
ditat, denique ut & voluntatis ad illa affectu fa-
lutari me moveat, rogabo.

I. PUNCTUM. DEUS, quotquot creavit
homines, eum in finem creavit, ut beatos illos
jucundissimâ Divinæ suæ Essentiae intuitione
faceret, & hos inter me quoque unum cœli
voluit.

II. PUNCTUM. Leges idem & Præcepta
nobis dedit, hoc pacto, ut, si vita Divinæ vo-
luntati huic fuisset consentanea, mereremur
æternum esse felices, æternum autem esse mu-
miseri, si adversi Divinis legibus essemus; &
quale porrò suppliciorum aut præmij fore in-

I. *Meditatio. De Creatione Hominis.* 45

crementum , cum meritorum aut noxarum numero, quem sub vitæ nostræ terminum contigerit nos habere.

III. *PUNCTUM.* Ut salvis sim, aliò non est opus, quām ut ametur DEUS , ejusque sanctissimæ leges observentur. *Creaturæ meæ usui & obsequiis factæ sunt , iisque uti arbitrium mihi est , amare tamen illas non est integrum, nisi quoad mihi, ut DEO meo placeam,* conducunt.

COLLOQUIUM. Offeram me DEO , ad quærendam in rebus omnibus majorem Divini Nominis gloriam , cā tam sancti studij contentionem , ut finis actuum meorum alius non sit ullus, quām integerrimè servire DEO , ejusque honorem promovere , id quod effectui ut dem , Divinam ejus opem flagitabo.

IV. *ANNOTATIO.*

*De Examine Meditationis.
Finita Meditatione &c.*

V. *ANNOTATIO.*

*Ad Meditationem de Creatione
Hominis.*

Cum omnia, quæ ad hujus &c.

Appli-

Applicatio primæ Veritatis,
**AD MEDITATIONEM DE
 VOCATIONE AD CHRISTI
 FIDEM.**

Facilis ea est, ob ingenem Meditationis de vocatione hac cum Meditatione de creatione hominis similitudinē, cùm & quoad punctū ferē omnia inter se congruant. Hæc ipsa potrō propinquitas, cùm & inter puncta Meditationis de vocatione ad Religionem, aut Statum Clericalem, ac puncta Meditationis de Creatione hominis intercedat, sit, ut Prima Veritas comprehensa in Meditatione de Creatione, non dissimili multū ratione, & in posterioribus duabus contineatur. Quod si illam Meditationi de Vocatione ad fidem applicatam vidices:

DEVS ad fidem Christi homines invitat, beati sint: felicitatem autem mereri illos vivendo conformiter sanctissimæ sua Voluntati; damnabit autem æternis suppliciis, quæ aliter ac Christianis imperatum est, vixi deprehenderit.

Primum Punctum finem exhibet, ob que DEUS ad fidem homines vocat; isque est bestia hominum. Secundum Punctum expi-

II. Medit. De Vocatione ad Christi Fidem. 47

cat, quid officij incumbat homini Christiano.
Tertium Media proponit, quibus ad summam
felicitatis suæ pertingere quisque possit.

Atque ita in Meditatione hac primam tuam
Veritatem intelligis, quantum ea Christianum
hominem concernit. Quod DEUS nimirum
te ad fidem vocaverit, & Christianum esse vo-
luerit, ut salutem æternam assequaris, quod
docet primum Punctum. Quod minas æternæ
infelicitatis tibi intentet DEUS, si, quæ homi-
nis Christiani sunt, neglexeris implere, quod
declarat secundum Punctum. Quod, ut beatus
sis, ea necesse sit te agere, quæ à Christiano ho-
mine jure suo DEUS exigit, quod ex tertio
Meditationis Puncto deducitur.

Meditatio

*De Vocatione Hominis ad Christi
Fidem.*

Oratio præparatoria eo semper ordine præ-
mittitur, quem sub Principium Meditationis
de creatione hominis insinuavimus.

I. PRÆLUDIUM. DEUM animo conci-
piam, qui Adamum à loco, ubi eum creaverat,
seducens, in Paradiso terrestri collocet, eo fine,
ut vivat illuc quietissimè, & assiduò integerri-
mæ virtutis studio salutem suam curet. Re-
flexâ

flexâ dein in meipsum consideratione statuam
mecū ipsō, quantò arctius me sibi DEUS, quām
Adamum obligaverit, cùm ex errorum infeli-
ci caligine, in Ecclesiam suam voluit transfer-
re ad fidei salutare lumen.

II. PRÆLUDIUM. Gratiam petam, & ani-
mi illustrationem, quā cognoscam, quo fine
DEUS Christianum me voluerit, & quid agen-
dum vi Nominis hujus mihi præceperit; quā
demum Media pertingendi ad finem meum li-
beralissimè mihi concesserit. Rogabo itidem,
ut opitulante Divinâ Gratiâ in id incumbam
ardentissimè, quod agendum intellexero.

I. PUNCTUM.

Quo fine DEVS ad Christi fidem
homines invitet?

Consideranda.

Cùm ob beatitudinem DEIIS homines cres-
verit, ita tamen, cujuscunque tandem legi
tempora intuçare, diversâ erga homines Bene-
volentiâ uti voluit, ut quosdam instrumenti Patr-
salutis suæ longè efficacioribus instruxerit Struc-
quām alios. In Lege naturæ, ut nihil de Patria quo-
chis dicam, illi utique feliciores hac in pa- exen-
fuerunt, qui primi vixerant, tempore scilicet oru-

quo Cognitio & Timor DEI in prima veluti integritate sua præ quam securis temporibus eminebat. In Lege scripta, ut Prophetas præteream, magnum illis ad salutem suam accessit momentum, quibus intueri cominus obtigit, prodigiosam illam Dei manum, quam ex Aegypto eduxit populum suum, & ex tetrica servitute in libertatem jucundissimam asseruit. Sed infinitis omnino modis superior illorum est felicitas, qui sub Evangelij amabili jugo & suavissimâ gratiae Lege quascunque utriusque antiquæ Legis cœlestes divitias, cum novarum insuper è celo gratiarum pretioso auctario, possident.

Jam, ut sanctè verum omnino sit, primos illos nacentis Ecclesiae Christianæ partus nescio quid Privilegijs habuisse peculiari, ex recens adhuc bulliente Divino Servatoris nostri Sanguine, cuius sanctissimis caloribus animabatur prima illa Christi soboles; eorum tamen, qui adultioris jam fidei alumni nobiscum vivunt, quis negabit, feliciores illos esse, qui educati in Patria, cui salubrius fidei lumen illuxit, & instructedi omnibus Divinæ sapientiæ disciplinis, quotidianis insuper Christianarum virtutum exemplis ad optima quæque incitantur. Ex ipsis lorum igitur numero ego quoque tum, quos ex

D abun-

abundantiâ Bonitatis DEUS elegit, ut ex Ecclesiæ suæ thesauro plura possint haurire adjumenta salutis.

Et hic favor mihi obtigit præ tot millesimis alijs, studiosius utique tam efficaciter ad salutem suam instrumento usurpis; mihi, inquam obilitat, ut Cælestæ Sanctæ fidei lumen illucesceret quô illustratus DEUM unum agnosco in substantia, Trinum in Personis, unum venerabilem diatorem, & Redemptorem humani generis, in quo Divinitatis immensas perfectiones adorando & gratus æstimo infinitum meritorum ejus pretium, ditissimòq; gratiarum Cœlestium, quia unà secum nobis dignatus est indulgere, thaueros.

Addidit bonus DEUS Divino huic Luminis sanctissimâ legem, explicatius longè, quam aetiquitus solebat, propositam, firmatâ Divinis super consilijs, & gratiarum Cœlestium, quibus ad eam servandam suavissime invitamus, nobis comitatu ornatam. Religionem, quâ seculi à me volui, instituit sanctissimam, cuius prescripti ritus, & observatu sunt faciles, & plebejæ majestate, & animo salutares; maximè si estimabilis precij Sacrificium considerem, quod facillimum esse voluit, vel offerre, vel ut a secretis Sacerdotibus offeratur, curare. Septem

II. Medit. De Vocatione ad Christi Fidem. § 1

donavit Sacra menta, totidem nempe gratia rum fontes, & hæc inter unum, in quo ipse, Favorum Divinorum omnium primus Author ī exhibet, ornatus Cœlestibus divitijs anim um, ad mensuram votorum meorum. Virtutum cum infusarum, tum moralium, donorum itidem & fructuum Sancti Spiritus pulcherrimo apparatu instruxit animum, permanentes coruadē habitus communicans, dēque actibus excēndis instruens, quibus augeantur habitus, & anima, quantum desiderat, exornetur. Sed & Divinam mihi Scripturam, cum Sanctorum Patrum & Doctorum sapientissima interpretatio ne ducem mihi voluit in salutis itinere. Et tandem, pro obsequijs tenuissimis metcedem promisit infinitam.

Crescit harum amplitudo & estimatio gra tiarum, si considerare non pīgebit, quot, quantā que impedit delicta, in quæ Gentilium vel Hæ reticorum errores alioquin præcipitāssent mi serum; quanta item ex ijs oriatur facilitas cor rigendi, si qui etiam in contīgant lapsus; quanta demum illa sint, quæ per favores istos ministrantur, ad profectus in virtute, DEIque amicitiā maximos, ad finēm tandem ultimum saluberrimam.

D 2

Affectus.

Affectus.

1. Ita contemplatus beneficij hujus magnitudinem, non admirari non potero DEI optimi erga me munificentiam. 2. Gratésque illi dicam animitus. 3. Si quid autem haec tenus ingratius fui, id jam nunc supplex deprecabor. 4. Statuámque firmissimè, æstimare pro meritis suis favores istos, quorum adminiculò membrum aliquod Salvatoris mei sum, cujus sanctissimi Legibus ita omnes affectus meos consecrabo, ut æstimare præterea nihil velim. 5. Non curabo, quidquid humanis rebus non est altius, solum illa secessor bona, quæ bona quoddam sint, sanctissimæ fidei nostræ beneficium discimus, neque alio menomine circumspiciā, quam quo Christianus sum. 6. Ah! quid fieri posse quis credat, ut homo Christianus, tot salutis suæ præsidia segnissimum & iners negligat! Excusandus error est, si nesciret, aut si non crederet, quid à Sancta fide sua adjumenti, si velit, habeat; sed credere quæ Christiani sunt hominis, & non conformare vitam fidei, nefas est, omni indignum venia.

II. Punctum.

Ad quid obligetur homo Christianus?

Consideranda.

Præter id, quod naturæ leges imperant, quibus totum humanum genus est subditum, obligat Christianos DEUS, ut quidquid credendum pronunciat Ecclesia, id prono illi assensu excipiant, & quidquid agendum imperat, id prompta voluntate exequantur. Cæterorum usum liberum relinquit, ad illud tamen assidue invitans, quod augendæ Divinæ gloriæ, & altissimæ Evangelij doctrinæ magis videbitur consentaneum: omnia duplici hac conditione veluti paciscitur. Primum, ut quoties homo fidelis, sive imperatum quid, sive ultroneum, Divinæ gloriæ amplificandæ studiō egerit, toties Beatitudinis suæ mereatur incrementum; & è converso æternæ reus infelicitatis fiat, quoties gravi se delictō obstrinxerit. Alterum est, ut pro meritorum, vel peccatorum numerō sub vitæ finem felicitatis etiam, aut infelicitatis æternæ mensura crescat.

Studiose igitur mecum ipso disquiram, quantum vi beneficij, tam sanctæ ad fidem nostram Vocationis, obstrictus sim, ad moriendum omnibus, quæ DEI mei & Ecclesiæ justissimis legibus noverim adversari: quandoquidem tot benevolentia suæ liberalissimis effectibus Creator meus ornare me voluit, & Servator

D 3 meus,

meus neque vitæ omnino suæ parcere , ut hac
amoris Lege, omni peccato pro amore suo me
mori & doceret, & juberet. Utique cùm quid
deliquerò, duplicitis me noxæ reum statuo , dum
& Creatorem meum offendō, cui Reverentiam
& honorem infinitis nominibus debo , &
amabilissimum Redemptoris mei Sanguinem
nefarius parricida proculco.

Affectus:

1. Divinis circa me, meaque imperijs prom-
ptissimè mesubijcam : et justa sunt illa &
suavissima , neque ita me stringunt , ut non &
difficiliora jubere possit , & sine ullius spe pre-
mij. 2. Amabilis D^OUS ! etiamne fieri pos-
se credit aliquis, ut æternis se supplicijs homo
Christianus addicat, post tot , quas accepit ad
promovendam suam salutem, gratias , & post
quam tu ipse insuper Cœlo clementissimè de-
lapsus, conversari inter nos , & in æternæ fel-
icitatis negotio præsens adjutor adesse non ho-
ruisti. 3. Ah Domine ! quam justè , æter-
num ut pereat, decernis , quisquis post tot con-
tra graves culpas amuleta & remedia , ad hos
offendere te sustinet. 4. Placeat, oro , infinitu-
m Bonitati tux , & desiderium indulgere mihi in-
satiabile virtutum omnium , & horrorem cul-
parum omnium'implacabile: 5. Non sit mo-

men

11. Medit. De Vocatione ad Christi Fidem. 55
mentum ullum vitæ mœ, quo Christianum me
esse non meminerim, neque ulla sit actionum
mearum omnium, quæ sanctissimo hoc nomine
indigna sit, & indigna homine, quem pretiosissi-
mus ille Divini Agni Sanguis abluit. 6. Non
effundam, obsecro, pessundandum deniceps Sac-
ratissimum Sanguinem Tuum, ut rebellis haec te-
nus feci, quoties Divinis legibus tuis reluctatus
sum; non contemnam illum, ut ausus sum ha-
cenus, tot negligentias in Divino obsequio tuo
admittens; non impediam fructus saluberrimi
Liquoris optimos, quos inutilibus tot negotijs
frequenter haecenus quasi suffocavi: sed indul-
ge clementissime, ut studiose, & perseveranter,
ad illa virtutum Exercitia totus incumbam,
quæ Sacratissimi Sanguinis Tui pretio digna
sunt.

III. P U N C T U M.

Quæ Media DEVS Fidelibus submi-
nistret, quorum beneficiorum ad finem
suum pertingant?

Consideranda.

Ratio, quâ DEUS hominem Christianum
salvum voluit, in usu virtutum, tum præcepto,
tum spontaneo consistit, qui in Ecclesia consue-
tus est. Hic verò complectitur in primis Man-
datorum Dñi & Ecclesiarum observantiam, Sacra-

D 4 men-

mentorum usum, praxin Virtutum, tum earum, quæ intus in animo solū perficiuntur, tum earū, quarum actus foris apparent, & ad exemplum valent; res item alias, quarum usu in salutis negotio efficaciū juvamur, uti sunt Meditatio, piorum librorum Lectio, Conscientiæ Examen, Christianæ doctrinæ ex suggestu explicatæ auditio, rerum nostrarum cum personis ejusmodi communicatio, quæ juvare nos in submovendi peccati occasionibus, & inflammandō ad virtutis desiderium affectu possunt. Bona cetera, quæ humana & naturæ dicimus, ita homini concessit DEUS, ut illis uti modō, quō ad laudem suam maximè consentaneum fore videbitur possit. Ita totum Christiani hominis officium in eo tandem silit, ut in Exercitium Virtutum omnium vires, quas habet omnes, omnemque impendat animum: quod si faciet, tunc demum putet, fructuosas se sibi reddidisse prærogativas illas, quas à Bono DEO, Christianæ fidei beneficio, ad consequendum finem suum accepit. E contrario, si defecerit in tam sancto studio, non minus id sibi noxiū intellegat esse, quam foret, nunquam redemptus fuisse morte Filij DEI, quin imò plus adhuc de trimenti putet se pati, quando reus nimirum suis & contempti & profanati Sacratissimi Sanguinis, pro salute hominum effusi.

Affectus.

1. Conabor penitus veritatem hanc intelligere : ad hoc Christianus sum , ut continuò fiam sanctior ; non fiet id autem expeditius , quām si illis utar instrumentis , quæ paravit hunc in finem DEUS. Unde concludam , non aliud mihi debere esse antiquius , quām illa omnia ut sedulò adhibeam , quæ cognovero fini meo obtainendo aptiora fore. 2. Alia omnia comparata cum felicitatis meæ æternæ negotio nihil faciam ; vivam potius , quia Christianus sum , quām quia homo , aliam nimirum ab ista exspectans vitam , cuius gratiâ baptizatus sum. 3. Quām cœcus hucusque fui , affixus tam tenaci affectu rebus illis , quas ad obtainendam Beatitudinem momenti nihil attulisse intelligo , illarum verò tam raro memor , à quibus suprema felicitas unicè & integerrimè pendebat. 4. Ignosce mi DEUS , errori sanè turpissimo. Ah quām non pro meritis beneficia tua estimavi ! quanta erant illa , & meo quidem vicio , minus mihi proficia , atque & desiderabas tu , & ego , ut essent , curare debueram. 5. Hanc deum Considerationem altè studebo , ut menti imprimam . Creaturæ , quas ut adjumento es- m fi- sent , homini concessit DEUS , nocere illi quandoque possunt ; non ita Sacramentorum ,

D s alio-

aliorūmque juxta Ecclesię consuetudinem Sa-
crorum usus; hic quò est frequentior, eò lucri
plus affert utentibus. Et hinc miserabilis mul-
torum fidelium abusus palam fit, qui, cùm non
occupentur, nisi rerum indifferentium pericu-
losa tractatione, plerumque illas depravati af-
fectūs vitio pestilentes sibi faciunt, parūm in-
tereā de sanctissimis illis opibus solicii, qua-
ingenti numero collegissent sibi, si, quod Chri-
stianos decet, studiosè fuissent executi. Heu!
ecquid aliud hoc tandem sit, quām DEI San-
guinem, quō salutis nostræ instrumenta emi
debebant, contemnere? nempe DEUM habe-
re, qui, ut Cœlum lucremur, sua nobis ope
esse vult, & non estimare Auxiliatricem han-
manum, quid est, nisi desiderare exitium
suum?

Colloquium fiet cūm DEO Domino nostro liqui-
cujus beneficio, in Ecclesię beatissimo sinu col-
locatum, & favoribus infinitis ornatum in
agnosco, quorum, si quis cogitati talis potest
viliissimus, non alio tamen, quām Divini San-
guinis pretio poterat comparari. Gratias amo-
tanto, & Bonorum suorum cœlestium tu-
prodigo studebo agere; deprecabor autem mi-
serorem omni fide ingratitudinem meam. Detem-
derabo emendationem ignaviæ, & efficax adhuc
aus

II. Medit. De Vocatione ad Christi Fidem. 59

auxilium à Divina manu implorabo, quod fir-
marus tantum deinceps promovenda Divinæ
Gloriæ studiosus sim, quantum à me hactenus
signavi peccatum fuisse intelligo. *Pater noster.*

Compendium Meditationis

De Vocatione ad fidem Christi.

Oratio præparatoria.

I. **PRAE LUDIUM.** Ad hoc vivo in Ecclesia
DEI, ut salver facilius, sicut fuit in Paradiso
Adam, ut viveret jucundius.

II. **PRAE LUDIUM.** Petam gratiam, ad co-
gnoscendum, quis Christiani hominis finis sit,
quæ obligationes, quæ salutis instrumenta, &
voluntatis ad isthac omnia sincerum quem-
dam affectum flagitabo.

I. **PUNCTUM.** DEUS Christianos præ re-
liqua omni hominum turba instrumentis, ad
consequendam Beatitudinem efficacissimis,
instruxit, voluitque, ut hos ipsos inter ego
præ multis aliis hoc privilegio peculiari qua-
dam ratione gauderem.

II. **PUNCTUM.** Obligavit illos ad natu-
rum turram & Ecclesiarum præcepta, statuitque, ut hæc ob-
ligationes essent æternum felices, æternum au-
tem miseri, qui violarent.

III. **PUNCTUM.** Ratio, quæ consequi illos
salu-

salutem voluit, omnia sanctiora virtutum exercitia complectitur, quæ in Ecclesia solent esse usui, quæque assumere quivis poterit, prout conductentia sibi magis intellexerit. Fortunæ & Naturæ bona non nisi sustentandæ tantisper vitæ huic servire debent; affectus illius omnibus altior, totus in DEVM evolet, ne cesset est.

Colloquium cum DEO Domino nostro
Agendæ pro tot beneficiis gratiæ, petenda in
gratitudinis admissæ venia, & auxilium,
estimanda deinceps reverentiùs empta tam
ro pretio Bona.

Faciendum est Examen hujus Meditationis
eo modo, quem superiùs post Compendium
Meditationis de Creatione Hominis adduximus.

Applicatio primæ Veritatis
AD MEDITATIONEM DE VOCATIONE HOMINIS AD STATUM RELIGIOSVM.

SI desideras, primam Veritatem applica
Meditationi de Statu Religioso, ea sic posse
simum fiet:

*DEUS ad Religiosas Familias homines
cat, ut beati aliquando sint: vult autem,*

III. Medit. De Vocat. ad Statū Religiosum. 61
hanc felicitatem suam mereantur , implendo
aliquamdiu Creatoris sui voluntatem , ater-
num autem infelices sint , si grave Ordinis sui
Praeceptum violaverint.

Primum Punctum ostendit , quo fine DEVS
ad Religionem homines ex sacerdotali vita evo-
cet ; nimirum , ut beati sint . Secundum illa
exponit , ad quæ Religiosi obligantur . Ter-
tium , quæ obtainendi finis ratio sit , explicat .

Ita nempe Meditationis hujus beneficio pri-
mam illam veritatem etiam Religiosis accom-
modatam intelliges . Beatitudinem nimirum
illud esse , ob quod Religiosum te voluit DEVS ,
id quod primo Puncto doceris : quod æternæ
damnationis aedas periculum , siquam Ordinis
tui gravem obligationem violes , quod altero
Puncto continetur ; & quod tandem ad con-
sequendum finem tuum id solùm necesse sit , ut
quidquid Bonus DEVS ab hominibus , Religio-
ni tuæ addictis , fieri exigit , id agas integrè .
quod tertij Puncti argumentum est .

*Qui Religiosi non sunt , vel qui nolunt ,
applicantur non possunt tales fieri , hac Meditatione
sic poterunt supersedere .*

Medit-


Meditatio.

De Vocatione ad Statum Religiosum.

Oratio preparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Locum animo meo observari faciam jucundissimum, ab omni mundana intemperie penitus immune, instrutum omni earum rerum apparatu, quas Anima, salutis suæ cupida, ad plenissimam tranquillitatem desiderare potest. Et isthic me videbo collocatum coram D E O meo, Sanctum item Religiosi mei Ordinis Auctore, & Celsioribus Alumnis, Cœlo jam assertis.

II. PRÆLUDIUM. Petam illustrari à D E O salutari notiâ felicitatis illius maximæ, quæ ut obtinerem, à D E O in sacram hanc familiam vocatus sum; rerum item, quas à me id est summus hic Benefactor meus exigit; & instrumentorum denique, quæ velut adjumenta pertinendi ad præfixum mihi finem liberaliter suggestit. Tum voluntatis ad hæc omniam affectionem ut dignetur addere, rogabo.



I. P.

I. PUNCTUM.

Quem in finem DEVS homines ad
Statum Religiosum soleat vocare?

Consideranda.

Cum creasset DEUS homines, ut beati fierent, & inter hos Christianis, ante reliquos omnes, singularia quædam ad salutem suam adjumenta indulsisset, ex ipsis quoque fidelibus quosdam præ cæteris elegit, quibus cum liberalius, quam reliquæ Christianorum hominum plebi se vellet exhibere, ad Religiosam illos Familiam quamdam invitavit, ut illic & facilius, & per actus quosdam excellentiores salutem suam operarentur. Et hæc tandem vivendis ratio est, quæ Beneficia & favores Divinos omnino, præ omni alio hominum genere, complectitur peculiares, quibus ad gradum gloriae prouersus excellentem promovetur, qui studiosè illis utitur. Primùm quidem, quia triplicis Votis beneficio magna salutis impedimenta, honores intellige, voluptates, divitias, & propriæ voluntatis liberum in sua omnia Dominatum, procul submovet; deinde quia Constitutionum Religiosarum operâ saluberrimè in illarum rerum usu coercentur, quæ cum sustentandæ

• huic

huic vitæ necessariæ sint, facile in animum ipsum nescio quod sibi violentum imperium arrogarent, perniciosissimum profectui nostro, nisi modestissimè usurpentur. Et denique, quia instrumenta exhibit aptissima, ad magna in omni virtutum exercitio incrementa; ea vero in triplici potissimum genere versantur.

Primum interna quædam animi dona complectitur, lumina videlicet, quibus intellectus Divinitus illustratur; Divini instinctus, quibus impellitur ad omne bonum voluntas; & sensibiles demum consolationes, quibus inferior animæ pars quandoque recreari solet. Porro ea est in universum gratiarum istarum ratio, quando Religiosis Hominibus indulgentur omnem cum illis, qui in sæculari vita concedunt, comparationem superent. In secundo genere dona exteriora sunt, magna ad omni virtutum genus adminicula: hæc ferè sunt Religiosæ Leges, consuetudines, paternæ Superiæ curæ, plenæ pulcherrimæ virtutum exemplis familiæ, occasione exercendæ Sanctitatis ab externis subinde oblatæ, frequens Sacramentorum usus, Professio Religiosa, unicuius omnis quasi probitatis compendium, Religiosus Habitus, Verbum Divinum, ad virtutum omnium disciplinam perita instruc*ti*o, qui

III. Medit. De Vocat. ad Statū Religiosum. 65

dulcissima Religionis, procul omni rerum temporalium curā, quas in sacris familiis, quoad necessariæ sunt, habent omnes, quin vel curam de illis, vel cogitationem etiam ullam admittant. Tertium genus ipsæ occupationes Religiosæ Vitæ faciunt; quæ omnes, vel ex natura sua sanctæ sunt, ut est meditari, recitare consuetas preces, legere pia, colloqui de rebus sanctis &c. vel ejusmodi saltem sunt, ut obedientiæ vel charitatis beneficio, earundem virtutum obtineant meritum, ex quarum motivis excentur, id quod de illarum quoque virtutum sentiendum est præmio, quarum actus interiores facillimè inter Religiosa negotia excentur.

Atque ita facile est concludere, cùm tot ad beatissimum finem nostrum peculiaribus omnino adjumentis instructa sit Religiosa vivendi ratio, quàm singularis erga illum DEI Domini nostri sit benevolentia, quem ad modum serviendi DEO tam arduum invitare dignatus est. Ea verò Divini Numinis liberalitas mihi obtigit præ tot millenis aliis, qui majorēm utique ex tam pretioso munere quæstum fuissernt facturi, quàm ignavus ego faciam.

Affectus.

1. Ardua vocationis meæ estimatio. 24

B

.

Gra.

Gratitudo erga Divinam Liberalitatem. 3. Fa-
teri magnam in me præviam tanto Beneficio
indignitatem. 4. Confusio ob enormem in-
grati erga tantum Benefactorem animi igna-
viam. 5. Amor Divinæ Bonitatis. 6. Con-
fidentia de Divino auxilio. 7. Gaudium li-
quidissimum ex eo natum, quod vitæ ratio-
nem tam salutarem animæ meæ teneam. 8.
Desiderium utendi sedulò tam præstantibus
profectus mei instrumentis. 9. Detestabor
infelicissimam Religiosorum cœcitatem, qui
se malis illis, ex quibus Religionis suæ benefi-
cio extracti sunt, ultro rursum implicant. 10.
Deplorabo miserabilem illorum inertiam, qui
tot ad salutem suam adjumenta, intolerabil-
legnitie, perire sibi sinunt, nec fructum inde-
quem possent, quemque DEUS exigit, faciunt

II. PUNCTUM.

Ad quid DEVS Religiosos ob-
stringat?

Consideranda.

Præter communia fidelibus omnibus pra-
cepta obligat Religiosos DEUS ad Votorum
Regularum, & Consuetudinum Instituti
Religious Observantiam. Hunc enim Exe-
cutionem ex mundanis illos vanitatibus exemtum

ut Servatoris nostri Consilia sectantes, modum vivendi ita contrarium illi, quem Mundus amplectitur, teneant, ut aversati id, quod vanus Mundi spiritus desiderat, illud ambiant sollicitè, quod ipse omni studio à se amolitur: morti nimirum Mundi eos desiderat, omnemque de honoribus, deliciis & opibus sensum, siquidem vanitatem sapiat, abijcete. Cetera ita eorum arbitrio concessit usui, ut ad illa tamē eligenda semper invitet, quæ pro Instituti sui peculiari quisque Genio, ad augendam Divinam Gloriam magis videbit idonea, ea conditione, ut quidquid Divini Amoris studio sponte, vel obligatus quisque fecerit, id ad Beatitudinis suæ incrementum accedat, feus autem æternæ vindictæ sat, si quid severius prohibatum commiserit, atque ita cum meritorum vel peccatorum cumulo felicitas simul, vel æterna crescat calamitas.

Affectus.

1. Plenissimè in hac DEI nobis impetratis voluntate acquiescete.
2. Gratitudo erga infinitam DEI Bonitatem, quæ, ut felicissimum sui Amorem à nobis obtinetet, etiam vindices, nisi amaretius, penas minari voluit.
3. Execrari manifestam illorum impietatem, quæ in DEI quidem Domino mali esse horrent.
- 4.

B A

D C

Detestari , quidquid hac me infelicitate potest implicare. 5. Precari studiosissimè , ut tam infaustam à me pestem avertat bonus DEUS. 6. Propositum , circumspectiùs deinceps vivendi. 7. Desiderabo totus DEI mei esse, pro eo, ac vitæ meæ , quam ago, sanctæ Rationes exigunt. 8. Confidentia in auxiliatrice DEI manu, quæ sperari debet, amotura clementissimè extremæ perniciei meæ occassiones.

III. P U N C T U M .

Quæ Media Religiosis suppetant, ad consequendum finem suum?

Consideranda.

Quæ faciunt, ut ad eminentem in Cœl gloriam eleventur Religiosi homines , vita omnem virtutis normam integerimæ aënes sunt, suscepτæ ex domesticarum legum consuetudinum placitis. Hoc ergo unicui illorum esto negotium, hæc curarum summa, se totos, vitamque omnem, promovendæ ex iustiti sui genuinō Spíitu Divinæ Glorij integerimè consecrent, non imixti seculari negotijs, nisi quoad illud augendo Divini Numinis honori & Glorij secundum Ordinis rationes noverint expedire. Neque alium

III. Medit. De Vocatione ad Statum Religiosum. 69

vitæ & animi bonorum usum licere potest, nisi
quem ad Religionis suæ Leges exactum sciunt;
quate nulla omnino rerum sit, necesse est, quæ
aliquem ab illis amorem mereatur, nisi quan-
tum ad virtutis profectum est idonea.

Affectus.

1. Grandis occupationum Ordini meo pro-
priarum æstimatō, quandoquidem illæ sunt,
quæ, ut propior DEO meo sicut, unicè effici-
unt. 2. Amor Immensæ Bonitatis, quæ pro
mercede inæstimabili non nisi facillima à me
exigit. 3. Desiderium observandi exactissimè,
quidquid Ordinis mei leges præcipiunt. 4. Ani-
mus ad omnia, quæ sancta Obedientia impe-
raverit, indifferens. 5. Desiderium perseveran-
ter illa seständi, quæ in perfectionis religiosæ
studiorum adjumento esse possunt. 6. Decretum
animi firmissimum, vivendi deinceps, ut Reli-
giosum planè decet; indignas omni æstimatio-
ne habendi vanissimas mundi vanitates, æsti-
mando sola illa, quæ sapientissimò Instituti
mei judiciò verè bona sunt, quales sunt, quæ
professionis meæ propriæ sunt, virtutes.

COLLOQUIUM. Agam gratias Servatori meo,
cujus pretiosissimò Sanguini Vocationem, tam
mihi salutarem, debeo. Æstimabo amorem
hunc, & me vicissim Ipsi consecrabo totum, in-

E ;

stau-

staurando prima Ordinis mei Vota ; cum adesti desiderio, amandi ipsum, Eique pro insituti mei rationibus integerimè serviendi.

*Compendium Meditationis.**Dē Vocatiōne ad Statūm Religiosūm.**Oraťio Præparatoria.*

I. PRÆLUDIUM. In amabili quodam & jucundissimō locō me sītam coram DEO , Fundatore , & ceteris Sanctis Religionis meæ.

II. PRÆLUDIUM. Petam à DEO gratiam cognoscendi finem Religiōsi hominis , obligatiōes item , & adjumenta cōquā tendit, pertinēndi , ac constantem ad hæc omnia mēdici meæ affectum.

I. PUNCTUM. Vocat D E U S ex Fidelibus aliquos ad Religiōsam vitam , ut eam sestända & facilius salvi fiant , & ad excellētiōrem in Cœlo Gloriam extollantur. Eā de re à maximis illos salutis impedimentis eximit, moderatur in rerum vitæ necessariarum usū, internis eos gratijs, externisque ad summam vitæ integritatem adjumentis instruit, & sanctissimis omnem eorum vitam Actionibus occupat. Hæc omnia quantacunque sunt, Divinæ Beneficentia mēntra, obtigerunt mihi.

II. PUNCTUS

IV. Medit. De Vocat. ad Statū Ecclesiasticum. 71

II. PUNCTUM. Communia cum omnibus fidelibus præcepta habent Religiosi omnes, sed præter ista, ad legum suarum quoque, & consuetudinum observantiam obstricti sunt, & si quidem satis officio huic fecerint, salvi sunt; damnantur, si præcepta negligunt.

III. PUNCTUM. Sanctæ Operationes, Instituto suo conformati, viam illis, quâ possunt, & quâ debent ad DEUM pergere, adornant; cetera tum animi, tum corporis, bona non aliud merentur desiderium, quam quô appeti possunt ea, quæ ad Spiritus profectum, & DEI majorem gloriam conducunt; ita, quæcumque non sunt, exosa sunt Religiosæ menti.

In Colloquio gratias Servatori nostro agam, quod felicissimam hanc vitæ rationem Sanctissimo Sanguine suo mihi comparaverit, & consecrabo me iteratis in finem hunc votis meis, Divino Ejus obsequio &c.

Applicatio primæ Veritatis.

AD MEDITATIONEM DE VOCATIONE AD STATUM ECCLESIASTICUM.

SIPrimam Veritatem Meditationi de statu Ecclesiastico accommodatam velis, eam sic facies.

E 4

Ad

Ad statum Ecclesiasticum DEUS hominem
vocat, ut beati tandem & salvi sint : Beatitu-
dinem vult, ut mereantur, implendo, quamdiu
mortalis haec vita durat, Creatoris volunta-
tem; ad aeterna autem supplicia condemnat, si
quem in re, graviter homini Clerico praecepta
deliquisse deprehenderit.

Primum Punctum Meditationis finem ha-
bet, ob quem ad Clericalem statum vocantur
homines, isque est Beatitudo. Secundum ob-
ligationis, qua hujusmodi personis incumbit,
capita complectitur. Tertium rationem do-
cet eò pertingendi, quòd, ut venias, vocatus es.

Atque ita primam illam Veritatem etiam
Clericis accommodatam intelliges. Finem nimi-
rum Vocationis hujus salutem tuam esse, ut
primum Punctum habet; minas aeternæ vindu-
ctæ intentari ijs, qui in hoc hominum ordine
nimium ignavi sunt, quod Secundo Puncto do-
ceberis, & tandem viam ad Beatitudinem tu-
am, tanquam finem huic statui praefixum, non
esse aliam, quam ut exequare, quod DEUS pro-
prio Sanctioris status jure, ut fiat, exigit; quod
est argumentum tertij Puncti.

*Qui Clericus non est, nec esse vult, aut potest
peterit hanc Meditationem omittere.*

Meditatio.

De Vocatione ad statum Ecclesiasticum.

Oratio Præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Ponam mihi ob oculos
Regale Palatum, consuetam Regis, & primo-
rum Ejusdem Palatinorum habitationem. Ist-
hic Regem in primis, & deinde illos curiosius in-
tuebor, qui, ut eidem propiores assistant, præ-
omni reliquo Magnatū numero digniores sunt.
Mox facta comparatione terrestrem hunc ap-
paratum cum Clericis conferam, tanquam Di-
vinæ Majestatis, & Sanctissimæ Humanitatis
Servatoris nostri domesticis quasi, & familiaris-
bus Ministris Cœlestis aulæ. Tum reflexâ in
me ipsum mente, me quoque in hoc Choro
contemplatus, sensus conabor, & estimationem
concipere, dignam tam nobili Conditione.

II. PRÆLUDIUM. Petam gratiam cognoscendi finem, ob quem ad Ecclesiasticos honores
vocatus sum, & intelligendi, quid à me DEUS
idecirco exigit; quid item subministret ad finem
quod obtinendum, adminiculi, & affectum tandem ad
hæc omnia rite intellecta intensissimum no-
stulabo.

B

I. PUNCTUM.

Quis finis sit, ob quem DEUS ad statum Ecclesiasticum homines invitet?

Consideranda.

Cum DEUS præ reliqua hominum maiestatis instruxerit, ex ipsa fidelium turba quosdam adhuc peculiari benevolentia prosequutus, ad Ecclesias obeunda Ministeria in Clericorum adiungit numerum, iisque, præter communes Christianæ Republicæ gratias, nobiliora ad ultem præsidia concessit. Exemit enim illos omni fidelium quasi vulgo, suis obsequijs ingrè consecrandos, liberosque idcirco futuri omni deinceps negotio, quod humanis rebus nihil altius spiraret. Divinis illos altaribus consecravit, ut offerri sibi ab ijs vellet quotidianum Sacrificium, tam gloriosum Majestati quam offertenis animæ, & toti Ecclesias triuolum; ut digni essent immolare xterno plius labijs, in stomachum demittere, purpuream linguam, palatum & pectus generosissimo Sanguine, quem primæ, summæ que, Cælorum

Virtutes attonitæ venerantur & adorant. Occupationem illos non aliam habere voluit, quam Divinas celebrare Laudes, Divinorum sermonum esse præcones, dispensare Sacra menta, & ducendis in salutis viam hominum mentibus Divinæ Majestatis gloriam amplificare; quem potissimum in finem, potestatem indulxit peccata condonandi, rem, quam neque Prophetæ aut Patriarchæ, neque ipsa adeo Cœlorum Reginæ, cum Sacerdotibus communem habet.

Sunt igitur, quos ad hanc dignitatem vocavit DEUS, Ejusdem peculiaris quasi portio; sive quia sunt Familiares, & quasi domestici Divinæ Majestatis Ministri, sive ob excellentias, quæ circa fideles exercent officia, distribuendo illis Divinos favores, purgando à vitijs, illuminando & perficiendo in omni virtutum disciplinâ, velut sublimiores quidam, & Angelicis quodammodo æmuli, Ecclesiæ Militantis Spiritus. Quâ de causâ nobilior fidelium pars aliqua ipsi sunt, & obligationis & adjumenti amplius adepti, ad proficiendum in Vitæ purissimâ integritate, & ascendendi ad gradum gloriæ longè, quam cæterum vulgus solet, eminentiorem. Et hoc tandem est, quod à profanis & laicis Ministros suos separavit DEUS, exemptos nimurum volens ab omni rerum periculatum cu-

rā,

rā, liberos ab omni sensualitatis dominatu, & cra
mordaci illa solitudine, quam dignitatū & se
culariū Magistratum ambitus menti solet ini
cere. Ad hoc sanè ipsa statūs, in quo versantur
ratio invitat, ut hæc salutis impedimenta vitem
& dignè ad sanctissimos illos labores studeāt in
cumberē, quibus, nobilissima Virtutum, Re
gio illos addixit. Enīgentes Divinæ Bonu
tis erga me favores, quæ, nullis meis merita
me infinitæ aliorum fidelium turbæ præferre
communicandis tam sublimibus gratijs digu
ta est, utique multos alios habitura studiis
quām ego ingratus faciam, obsequentes.

Affectus.

1. Magnam concipiā Sacerdotalis estimationem, statuāmque venerari pro Statu
sublimissimi meritis omnes. 2. Gratias Dei na
agam, quod Ejus me quoque voluerit facere p
ticipem. 3. Indignabor mihi, quod non estimam
verim, ut et quum erat, altissimam dignitatem
neque vitam duxerim familiari, & domesti
Divinæ Majestatis Ministrō dignam. 4. Hoc illos
imprudentiæ postulabo veniam. 5. Et magis
in me tanti beneficij estimatione ut sit, supplice tum
gabo. 6. Sapientius ardens excitabo desiderium hoc
vivendi cōmōdo, quo par est, vivere homini pop
tantæ Majestatis peculiaribus obsequijs con

cratum, agendo frequentius cum Rege meo;
neque agendi alio fine cum creaturis, quam ut
Ejusdem amplificetur gloria.

II. P U N C T U M.

Quid exigat D E U S ab Ecclesiæ
Ministris?

Consideranda.

Præter ea, quæ toti Christianæ Reipublicæ
præcepit DEUS, magnam à Ministris suis exi-
git sanctitatem. Sanctos vult esse animo, pro-
fundissimæ nimirum humilitatis operâ, ut cum
debiâ tantæ Majestatis Reverentiâ propiores
DEO assistant; eos ab omni ad creaturas affe-
ctu vult liberos, charitate inflammatos calidis-
simâ, ut nulla omnino dies prætereat, quâ Divi-
na Mysteria dignè non obeant; Voluntatem
Prælatorum imperijs promptissimè subje-
ctam, vult, ut idonea ad multorum fidelium sa-
nitatis lutem instrumenta sint. Sed &, ut corpore san-
cti sint, exigit, voto irrevocabili ad Angelicam
Huius illos puritatem obligans, neque refici vult cor-
Et mai pus, quia ita volupe, sed quia necesse est; vesti-
plex tum vult esse, ad Modestiarum Leges compositum,
iderum hoc est, Servatoris nostri, quem toties in seipsis
omni populo fidei exhibent, sanctissimis moribus
conformem; externos internosque sensus,
omném-

omnemque corporis habitudinem ad hanc nostram vult aptari; carnem ultroneis afflictionibus vult dignam fieri, quae sanctissimam Christi Carnem tangat. Vult, ut Sancti etiam in bonorum temporalium usu sint, abhorrentes a omni bonorum Ecclesiasticorum profano uso cum premium illa sint Divini Sanguinis, non affigentes patrimonialibus divitijs affectum, neque earum, plus quam sat is sit, desiderantes augmentum; cum illud omnino sat is esse debet quod vita, ut decenter sustentetur, sufficit. Satis quoque vult esse in actionibus suis, hoc ut consecrant, tractent, recipiant, distribuant Sacratissimum Servatoris nostri Corpus & Sanguinem eam, quam par est, cum Reverentia; ut Divinum Officium loco & tempore, quo decrēcident; ut aliarum precium beneficio, familianter cum DEO suo nunquam non confesarunt in Sacramentorum dispensatione indigent, & ut sanctius obeantur, suscipientes mentes ritè disponant; ut in fidelis populi constructione de rerum necessariatum scientiam congregi suo prospiciant, Doctrinam illis integrè sacerdote explicent, quae credi, quae in moribus vel commendari, vel perfici opus sit, patremoncant, sine personarum vitioso discrimine.

nullo humanarum dignitatum timido respectu,
in hoc unum intenti, ut, quæ Divini Juris sunt,
exactissimè serventur intacta. Sanctos tandem
vult esse in animarum, propriō huic Statui, pi-
scatu; ne aliter tam sanctæ negotiationi se im-
pendant, quam ex DEI imperio, neque aliâ,
quam quâ DEUS exigit, ratione. Non igitur
verborum suorum nescio quibus machinis fide-
les sibi conciliare studeant, sed trahere potius
post se optimi exempli pretiosis odoribus, si-
cerâ quadam animi demissione, prudenti suavi-
tate, magnanimo ad procurandam illorum sa-
lutem affectu, bonos in virtutis studio suaviter
promovendo, discolis & frequentius errantibus
cum emendationis spe compatiendo, repellen-
do neminem, assistendo omnibus, etiam quos
inopia multis exosos facit, neque ulli unquam
opem aut operam negando. Vult denique, ut
verbo absolvam omnia, vult bonus DEUS Mi-
nistros Ecclesiæ suæ sanctos in rebus omnibus,
& quasi in JESUM Servatorem nostrum, cuius
Sanctissimo Corpore idcirco pasci quotidie vi-
dentur, ex integro transformatos. Vult autem
hæc omnia dupli hac lege, ut, quidquid agent
boni, id ipsis ad Gratiaæ augmentum proficiat;
hujus verò jacturam subeant, si graviter in DEI
Leges peccaverint: tum etiam, ut meritorum
vel

vel offensarum numerus præmij vel supplicio
rum, quando morientur, mensura sit.

Affectus.

1. Ita mecum statuam, justissimè tantam
ab illis integritatem exigi, qui DEO tam pro-
pinqui sunt, & quibus se in cibum toties offer-
Liberalis DEVS. 2. Fatebor ingenuè, quæ
procul ego ab hac Sanctitate absim. 3. Den-
stabor omnes errores meos, Sanctissima De-
Voluntati tam adversos. 4. Eolsque igno-
michi petam. 5. Desiderabo Sanctitatem illan-
cujus ex debito meo convenit me esse studie-
sum. 6. Illam à DEO, Bonorum omnium
fonte, supplex efflagitabo. 7. Offeram
ad cooperandum Auxiliatrici DEI mei dete-
ræ ad obtainendam, quam à me exigit, vitæ p-
ritatem. 8. Horrebo resistere deinceps V-
canti ad arduam virtutem DEO, tanto
periculum, quod incurro refractarius, gran-
est, quantò vocatio & adjumentorum, qui
cepi, numerus est pretiosior.

III. Punctum.

Quæ Media DEVS Ecclesiæ Minil
concesserit, ad suum finem obti-
nendum?

Consideranda.

Æternæ salutis instrumenta, quæ DEUS Ecclesiæ suæ Ministris exhibet, omnes illæ occupationes sunt, ad quas Divina ejus Majestas hoc hominum genus seligit; sunt autem istæ: offerre DEO Sacrificium pro publico totius Ecclesiæ, & privato singulorum Fidelium Bono, Divinas Laudes canere, administrare Sacra- menta, concionari, Christianam Doctrinam rudibus exponere, instruere in Divinis rebus fidelem populum, errantes in virtutis trami- tem reducere, probos, ut in illo progrediantur, adjuvare, opera, quibus & spiritus & corpus proximi suis calamitatibus eximitur, obire omnia, prout vires & facultates cuique suppe- tunt. Hæc ferè sunt, quibus Divinam propa- gare Gloriam debent, reliquis naturæ & fortu- næ bonis ultrà, quām ad oboeunda pro dignita- te Ministeria sua necesse sit, nullatenus affixi.

Affectus.

1. DEVS jam tot annis me Divinæ Maje- stati suæ, inter cœlestis Aulæ suæ veluti Magna- tes proximum sibi tolerat, eo duntaxat fine, ut ex obsequiis meis ansam ipse capiat, ampliori- bus in dies Bonis me dicandi. Et quid ego hinc lucri facio? Ah quām parūm infinitæ ejus Maje- stati placere studui! quantos neglexi Gratiarum

F

the-

thesauros, quos colligere potuisse, si aliquam
profectus mei suscepisse curam! 2. Perdi-
di, deplorandâ nimium jacturâ, pretiosum
tempus rebus vanissimis, cùm inestimabilemer-
eo quæstum potuisse facere, sanctissimos Mi-
nisterij mei labores piè obeundo. 3. Pe-
gendum est magnis profectibus in manifesta-
excellentiæ meæ cognitione, ne ad illa porri-
me ignavus demittam, quæ DEO & me indi-
gna sunt. 4. Sit deinceps, ita bene vertat ho-
animi mei votum! sit exacta vita mea ad illam
Ministri Ecclesiastici nobilem Ideam, qua-
Bonus DEUS mihi exhibit. 5. Et proinde
nolo mihi alia sit cum rebus creatis communi-
quàm quæ ad DEI cum illis tractanda nego-
intelligendas hominum calamitates, cùlq.
DEO meo proponendas est necessaria. 6. Un-
cum id, in quod intuebor assidue, quod co-
tabo, & loquar, Dominus, Magister, & Sen-
tor meus esto.

Colloquium fiet cum eodem Domino meo
Rege Regum, & supremo Pontifice, con-
plando Ipsum ut DEVUM, cui offertur, qui
immolo quotidie, Sacrificium; ut Regiam illam
Majestatem, cuius obsequiis consecratus sum
ut magnum illum Sacerdotem, cuius auspicio
meum ego Sacerdotium obeo; ut Hostiam

nique Sacratissimam, quæ offertur DEO, à me quotidie sumitur, & toties in Fidelium sancto grege distribuitur. Hic pretiosus ille Thesaurus est, quem toties istis contecto manibus ; ut dignè id fiat !

Compendium Meditationis

De Vocatione ad Statum Ecclesiasticum.

Oratio præparatoria &c.

I. PRÆLUDIUM. Considerabo me integrum Ecclesiæ Ministros, cœu Primos Regis cuiusdam Aulicos, additum Majestatis hujus obsessoris.

II. PRÆLUDIUM. Petam Gratiam, quam cognoscam Vocationis hujus finem, debita, & instrumenta salutis, quaque hæc omnia debito affectu prosequar.

I. PUNCTUM. DEVS ex fidelibus quosdam ad Ecclesiæ suæ Ministeria invitat, ut salutem suam ratione quadam excellentiori operentur. Hoc fine molestissimis æternæ Salutis impedimentis illos explicat, & negotiis occupat sanctissimis juxta & nobilissimis. Et hanc DEI erga quosdam Benevolentiam mihi quoque obliguisse experior.


F 2

II. PUN.

II. PUNCTUM. Ultra communes reliquias Fidelibus Leges, hoc insuper à Ministris suis DEVS exigit, ut animo, corpore, in rerum humanarum usu, in Officiis suis, hoc est, ex integro sancti sint. Tales qui sunt, Beati erunt; infelices autem, qui in re graviori Officio huic suo desunt.

III. PUNCTUM. Sola Religionis exercitatio, quam Sacerdotale Officium complectitur, instrumentum illud est, quō Divinam sibi Gratiam comparare debent Ministri Domini. Cetera omnia comparata huic uni non sunt, nisi vanitas, indigna omni usu, nisi qui ad negotia sanctissimo huic Statui convenientia, servire potest.

In Colloquio. Considerabo Servatorem nostrum, ut DEUM, cui offertur Sacrificium ut Regem, cuius ego Domesticus, & familiaris Minister sum, ut summum Sacerdotem, sub cuius imperiis sacerdotale munus ego administrarem, idque ut dignè det fieri, Divinam ejus Gratiam supplex implorabo.



De vera hominis felicitate & infelicitate in hac vita.

Dissertationem nomino, sequentis argumenti discussionem, quae Prima hac Die servire debet pro lectione, circa quam, qui obit Exercitia, sedulo occupetur; complectitur enim fructum, quem ex omnibus hujus Diei meditationibus colligere oportet. Fac, ut animo illam legas pacato, & otiosè degustes.

I. Supremum hominis Bonum Divinæ Existentiæ intuitio est; æterna autem damnatio extremum ejusdem malum est. Sed & Malum & Bonum hoc præsenti vitæ non convenit, sunt enim geminæ veluti Æternitates, quarum una sit felicissima, altera omnibus vitæ hujus calamitatibus miserabilior. Hæc autem, quam morte finiemus, vita nostra iter quoddam est, quod, in quam denique Æternitatem desinat, arbitrij nostri est. Quòd si igitur Peregrini felicitas in eo sita est, ut magnis passibus quotidie in itinere suo perget, & propior continuò fiat amabilissimæ Patriæ; in eo sanè Viatoris hominis felicitas consistat necesse est, ut ad felicissimam Æternitatem beato, neque interrupto

F 3

cur.

cursu festinet : id quod alia ratione cùm non fiat, nisi exequendo, quod DEVS ad tam pretiosi præmij meritum exigit, illud tandem peregrinantis ad supernam Patriam animæ verum Bonum erit, ut integrè, quidquid laborum pro mercede tam nobili DEVS postulat, conetur implere ; non autem aliud est, quod imperat DEVS, quām ut serviatur ipsi : ergo qui integrè hoc curat exequi, summum, quod in hac quidem vita obtineri potest, Bonum jam possidet : quòd si jam, quæ beatissimæ hujus servitatis natura sit, disquires, in eo deprehendes illam consistere, ut ex DEI tui sanctissima voluntate vitam omnem instituas, & non contentus vulgari probitate ad summum virtutis Christianæ apicem studeas eniti ; ex quibus omnibus hoc tandem concludes, illum supremo, quo ad hæc quidem vita capax est, Bonō frui, quæ supra virtutum culmina attigit, & quotidianis in perfectione progressibus ad æternam patriam festinat.

Ita cùm exploratum jam sit, quænam vel in hac vita Boni sit indoles, difficile non erit intelligere, in quo veri itidem mali consistat ratio. Malum est boni carentia; hæc verò sicut diversis omnino modis potest accidere, ita fit, ut diversæ malorum nascantur species. Hi

ponit

porrò duabus potissimum classibus continentur. Una malum illud continet, quod simplex quædam quasi privatio est illius in spiritu profectus, quem facere potuisset anima, nisi segnior in virtutis exercitio fuisset. Altera non ita nudè tantum removet perfectionem hominis, sed quamdam potius contrarietatem, & positivam nescio quam cum illa oppositionem complectitur. Simplex illa boni privatio non est, nisi perfectionis neglectus aliquis, neque plus officit, quam quod progressum impedit. Altera verò boni exclusio, quæ contrariis quasi contra integratem viribus nititur, tunc contingit, cum homo contra perfectionis Christianæ Leges reverā: delinquit aliquid, & hoc mali genere non impeditur tantum Religiosæ Virtutis profectus, sed contario quodam motu retrò quasi pellitur. Et hinc simplex Boni carentia non est, nisi quædam animæ *Imperfectio*, ex eo contracta, quod omittatur aliquid, non præceptum illud quidem, ejus tamen præstantię, ut propagandę Divine Glorie servire aptum sit; positiva verò Boni remotio DEI offensam aliquam involuit, contrariam benevolæ DEI erga nos Voluntati, & Divinarum ejus Legum Imperio adversantem. Quoties enim non respondeatur Divinis monitis, & desi-

F 4

derijs,

deris; quæ de sanctitate nostra justissime Creator noster concipit, malum quidem aliquod, sed quod imperfectionem non superet, contrahitur; cum vero rebellis animus aliquid Divinis mandatis contrarium designat, jam peccati reus fit. Duplex ergo veniam Boni carentia, quæ tam desideratam Divine Majestati sanctificationem nostram impedit, vel imperfectio, vel peccatum est.

Jam vero discriminem aliquod, quod ad rem nostram facit aptissimè, & hæc inter malorum genera intercedit, non negligendum est. Idem est ejusmodi. Imperfæctio plus aliquid detrimenti auctori suo non affert, quam quod virtutis profectum impedit, illudque Divinitati augmentum, quod omisso legniter operi merces fuisset. Peccatum vero præter perniciem, quam progressui illi ponit, remoram, possumus, quæ insuper obnoxium facit, & DEI contradictionem scolum indignationem irritat. Quòd fit, ut peccatum longè nobis, quam imperfectione soleant, perniciosius sit, & inter ipsas etiam Dei offendas hoc intercedat discriminis, quod unum sint, alterum auctori suo plus damni consiscat, qui que severiorem DEI meretur indignationem. Suntem dicta peccata, quæ usque adeo pestilentis sunt malitiae, ut cogant quodammodo infinitam Bonum.

tem ad solvendam, quam cum homine contra-
xit, suavissimam amicitiam, ad expungendum
ex beato illo Cœlum albo peccantis nomen,
& ad Odium denique, quô rebellem animam
æternis addicet ignibus. Et ea quidem, quæ hos
pariunt esse Etus, Mortalia dicuntur. Alia sunt,
quæ minus quidem nociva sunt, quod illa non
tam implacabili odio detestetur DEUS, ut idcir-
co cœlestis patriæ nobis aditum occlusum ve-
lit, tantum nihilominus habent mali, ut offendat
datur illis DEUS, & aliquod nostrî veluti fa-
stidium Divinam in mentem induant, irrita-
tam scilicet contemptu Legum suarum, etiam
levissimō. Et hæc Venialia dicuntur, quia ne-
que Divinâ nos exuunt gratiâ, neque jure,
quod illa ad æternæ gloriæ hæreditatem tri-
buit, nos spoliant; sed aliquem adhuc veniæ lo-
cum relinquunt, obtinendum Sancti alicujus
Operis beneficio, neque virtutem actibus nostris
meritoriam eripiunt, quâ augere gratiam va-
leamus, & gloriam. Quæ omnia ejusmodi
quidem sunt, ut minus ista homini perniciosa
sint, quam quæ occidunt animam, cùmque ne-
que suam homini felicitatem, ad quam est con-
ditus, eripiant, neque virtutem augendi, quam
malum primò quis adeptus est, gratiam & Beatitudi-
nem, quam rem utramque mortalis offensa

F 5

uno

uno velut istu conficit: nihilominus utcunq;
parū secum afferant jacturæ, peiora tamē
sunt, quām ulla sit imperfectio, idque non unan
ob causam. Suprema est, quod ijs offendit
Majestas DEI Infinita parcīus suī copiam i
soleat facere, quem in tali nāvō reperit aspersum
atque ita, cū auxiliatrices illæ gratiæ tamē
eiusmodi tepido hominum generi indulgeantur
remittere infelix in virtutum exercitiō incipi
& pronius in dies ad malum fit. Quæ causæ
quod ex venialibus peccatis tamē facilis in g
viora lapsus sit, & quod pro varia subtractione
auxiliorum ratione maximum in ipsa peccati
venialia discrimen inducatur, cūm non sit turba
jor jactura, quam facit, qui peccat, quām Di
norum horum influxuum; ut adeo, quod constat
sultissimum est, ille faciat, qui ut primum ne
psum se esse deprehendit, nihil curat studiorum, quan
quam ut extinguat illico, quam contraxit, ad ta
culam; ut, quem peccato nostro stitimus, nero
sum. Divinarum gratiarum torrens, ille felicitati
simus denuo prosequatur, nobisque benignorum
ut antè, influat.

En igitur, mi bone Lector, tria malorum amorem
quæ quidem meritò hoc nomen cadat, genitum
Primum imperfectiones continet, alterum damna
nalia peccata, postremum, & malorum amicorum
benem.

cunqu
tame
n unan
offensi
iam i
persum
x ranc
geann
incip
ausac
s in g
raction
pecc
bus Boni monenclationem indulget, quæ na
on sit m
turæ jucunda sunt, mala verò putat, quæ eidem
am Di
sunt aspera: tenenda est certa sanctæ fidei no
quod co
stræ sententia, quæ Boni pulcherrimo nomi
imum
ne nihil dignatur aliud, quam DEI in futura,
udioi
quam speramus, vitâ possessionem, & animi
xit, ad tantam felicitatem, præviam in hac vita ge
bus, ceterosam dispositionem, factam per pretiosa
le felicitatiæ Divinæ lucra, conquista illorum ope
benigium pretio, quibus DEI, à nobis exigentis,
benelacitum & approbatio præstantiam su
orum, am conciliat. Malo vero exoso nomine, si Eius
, genetem fidei sequamur axiomata, nihil omnino
terum damnabimus, præter unicam DEI supremi, &
orum unici Boni nostri omnibus bonis formidabi
xiuncem jacturam.

II. Ma-

II. Manifestum igitur ex hac tenus allat ver
fit, verum hominis, quamdiu mortalis est, DE
num, Malumque in actibus ejusdem liberis, tem
mique diversis affectibus consistere, quibus vel fit
ti passibus quibusdam, vel propriis ad finem DE
um accedit, vel ita cunctatur, ut neque pio
rei fiat, neque retro ab eodem abeat, & tur
denique ita à recto virtutis trahite declinet, A
longius à fine suo infelix viator abeat, vel bili
vius, pro affectuum, quibus ita accedit, recet se ce
que, varietate. Et Bonis quidem sanctis qua
actibus propinquior sit fini suo; Indiffer san
ctes ita quasi suspendunt gressum, ut neque p
pius authorem suum fini ultimo admovet jam
neq; removeant ab illo; Venialia eò jam protame
dunt malitia, ut jam remotiorem ab obtinere
Beatitudine hominē faciant; Mortalia deni Sup
penitus abducunt, exturbantque misericordia
omni Salutis viâ. Ita affectus humani men
dis Duces ad Salutem sunt: quin imò solus flux
affectuum omnium supremus, Amor, q̄lis v
gignit in corde suo Viator Homo, vel Bo
huic parenti suo, vel Malum omne parit. Bovinus
felicitat hominem, dum cum DEO suorum
conjugit, meliorque sit, quò Unio tam studi
est arctior, & Divinæ, quam hæc secum omni
gratia incrementum est cumulatus. Vanc

verò est, & pestis homini pernicioſiſſima, ſi
DEUM, & Hujus gratiam, vel Sanctifican-
tem, vel auxiliatricem eripit, tantóque
pernicioſior, quò detestabilius malum eſt
DEI ab homine separatio, gratiaque, quam
grave peccatum inducit, incomparabilis ja-
tura.

Amor ergo, cuius auctor ipſe homo eſt opta-
bilissimum hominis bonum eſt, ſi cum DEO
ſe conjungit. Idem verò malus eſt homini,
quando ita affectum ad indifferentia abripit, ut
ſanctos illos mentis Religioſe motus impedit,
que p[er] quibus in DEUM totus raperetur, niſi varioſ
imovaſ jam Spiritus noxio torpore adſtrinxifſet. Plus
am p[ro]tamen affert idem amor detrimenti, ſi ad eo-
obtinendum aliquid inducit amplectendum, que, cùm
ia deu[ti] Supremi Legislatoris nostri placitō ſint prohi-
bita, placere nobis non poſſunt, quin una
mani mentem vulnerent, & gratiarum cœleſtium
ſolus fluxui pernicioſum ponant obicem. Exitia-
ar, q[ui]lis verò eſt, quando e[st]o hominem abripit, ut
el Batimetur, quod amari noluit DEUS, intentans
rit. Biſindices vetiti amoris aeternos Igues. Tunc
ſuo enim jus omne Divinæ Gratia, quod ad Beatifi-
citudinem aeternam adeptus eſt, extinguitur, &
ecum omne ferè praefidium Divini favoris, & adju-
vantis gratia tollitur, quod amicis suis tam li-
bera-

beraliter impedit DEUS, & quoniam ho
tandem pætō æterni supplicij reum se confi
tuit infelix peccator, ideo majus Viatoris an
imo malum accidere non potest, quām quo
tantæ infelicitatis causa est.

Cūm igitur amor, humanæ voluntat vol
partus, vel bona faciat, quæ agimus, & pr
mio digna, vel mala & scelestæ, nōsque, v inæ
propiores summæ felicitati constituat, vel rum
ea dimoveat, vel ne propiores saltēm fiamus, q
stineat, prout in Bonum aliquod, vel malo
fertur; manifestum est, primò, quoddam amor il
qui bonus nobis est, ita sit bonus, ut sit me
tis nostræ Bonum unicum; quōdque omnis inten
tione, qui ad alia nos abripit, affectus, malus he
ipso sit, & detestabilis, cūm optabile viat
animæ nihil sit, quod illam DEO suo non ce
jungit, qualis est omnis ille voluntatis no
motus, qui vel procul abire hominem à fine dispa
facit, vel saltem quo ita retinetur, ut non p
sequamur inceptos cursus. Nempe in pru
tiæ leges non mediocriter delinquit ille, qu
bonorum ponit numerō, ex quibus detrimen
plus in nos, quām fructuum proficisciatur
malorum exosam classem procul ablegabit, digne
talia quisquis lapit. Ita proflus de creati
bus, earumque inconsulto amore, quo in

am ho
e const
oris an
m que
luntat
& pr
que, v
rum affec
amus, q
nos dissid
mor il
: sit mi
omni
alus ho
e vian
non ce
tis no
à fine
scrimen
n prue
rimur.
le, qu
cerbius,
letrimi
scitur;
gabit
creatis
o in
UM non rapimur, judicandum est; pro mo
mentaneâ voluptate jacturam infinitâ felicita
tis nobis, invehunt; quis ergo perniciosas non
judicet, cùm solida veri & unius Boni ratio in eo
sistat, ut placere DEO, Ejusque sanctissimam
voluntatem implere ex integro studeamus.

Porrò jam ex dictis deducitur, quòd veluti
inæquali familiaritate DEO conjungimur illo-
rum affectuum beneficio, quibus rectè amamus;
quibus vero vetita amplectimur, non æquali
nos dissidio à DEO abripiunt, sed variâ omni-
no, prout est amorum ejusmodi diversitas, ra-
tione; sic etiam inter ipsa hominis bona magna
intercedat inæqualitas, unūmque idcirco alte-
ro sit melius. Meliora sunt, quæ præferri me-
entur aliis, quia cùm magis DEO sint placita,
majus secum afferunt incrementum Gratiae,
certiusque excellentis Gloriæ pignus sunt. Non
dispari ratione etiam inter mala hominis di-
scrimen est, unūmque pejus altero esse expe-
rimur. Pejora sunt, quæ detestari debemus a-
cerbius, quia cùm indignationem DEI mere-
antur vehementiorem, graviores ejusdem of-
fensa sunt, hominēmque Divinā Amicitiā in-
digniorem, severiorisque supplicij reum faci-
unt. Et hinc extremum hominis malum est, si
enormibus peccatis sese implicat; ad horrendas
vin-

vindicis DEI poenas hi tales cursu ruunt effusim.
Bona verò homini jucundissima sunt
actus virtutis excellentissime: nam volatu illi
perniciosissimo ad Gloriarum suprema fastigia evo-
lant. Quod si enim ea passim consuetudo est
ut Bona dicamus, quæ Boni nobis causa sunt
Mala verò quæ damni quidam conscienciam
sanè, siquidem vera hominis felicitas in virtute licet
tis amore sita est, negari non potest, quod quia mer-
tum ad perfectionem, & absolutissimæ virtutis perfec-
tis exercitium conductit, illud Bonum omnino cum
sit; unit enim nos cum DEO nostro, modo, quam
potest, optimo, dum, ut nos cum illo conju-
gamur, efficit; sicut è contrario pro malo ut Cen-
bendum est, quidquid à DEO, ut separem ster-
in causa est; quia malum est, quidquid, ut curar-
mus malè, nos induxit. Et proinde ipsa gerri-
factio virtutis, & quidquid ad illam nos stræ-
movet, vera & unica hominis est felicitas. Christus
perfectio verò, & peccatum, seu leve illud, lucra
grave sit, cum omni eo, quod ad ejusmodi Amer-
plus nos inducit, mala sunt, quæ unicè hoc nos
testabili nomine verè digna sunt. Alia nostræ
bona merentur, neque mala dici, neque alia nur-
gescam, centum à patria nostra leuis per ager
volantem prosequimur.

III. Unde addiscimus in primis, quid amare
nobis, quid cupere, quid jucundè possidere con-
veniat; quid item odisse, quid fugere, quid mo-
lestè pati sit integrum. Amare scilicet id unum
expedit, in quo vera Boni solidissimi ratio ha-
bitat; id verò virtutis est exercitium, & quid
quid ad hoc conductit. Odisse id unum
licet, quod verè malum cùm sit, non
meretur affectum à nobis mihiorem: Im-
perfectiones dico, peccata, levia & mortifera,
cum illis omnibus, quæ ad præcipitia isthæc
viam sternunt.

Amemus igitur, memores nimirum, quod
nalo ut Cœli aliquando cives essemus, Creator no-
arenster nos produxerit; amemus non aliam habere
l, ut a curam, quam quæ placere DEO possimus inter-
ipsperrimè. Amemus, memores Religionis no-
nos, stræ, uti efficacissimis illis instrumentis, quibus
tas. Christi Sacrosancta fides ad hoc nos munijt, ut
illud, luera Divinæ gratiæ maxima faceremus.
Amemus, memores Religiose, in quam DEUS
è hoc nos adscivit, familiæ, quidquid Instituti le-
lia neq; nostrarum à nobis ratio exigit: enita-
ue alio nū generosis passibus, ad quam nos invitat,
quo dæntitatem, hoc est auctibus illis, quibus pr-
per sagari Divinam gloriam suam Creator noster
esiderat, quosque tanquam & gratiore Ipsi,

G

&

III.

& nobis ad salutem nostram magis proficuo offeremus. Ametius, memores ingentis illius beneficij, quo supremus Sacerdos noster inter Ecclesiarum Ministros nos recepit; amus angelicam illam Sanctitatem, quam Ministerij tam digni indoles requirit: ita sanobeamus omnes Officij nostri actus, dignissimae in conspectu Divinarum Majestatis, ut quam gloriosi sunt DEO auctori, tam nobis ad gratias preciosos quæstus sint proficiui.

Abominemur vero jam, quidquid rebus amore nostro, ut explicatum est, tam dignissimum modo adversatur. Abominemur ideo solùm, quia homines sumus, omnem ejusmodi creaturam affectum, quæ felicitatem nostram impediret, & ad æternos ignes� pitaret stolidum amatorem. Abominemur quia Christiani sumus, neglectum omnem, et templumque, & sacrilegam profanationem Coelestium Divitiarum, quibus Christiani Religionem amavit Servator noster; enim nos offendere inexplicabilis facheret, impius tantarum opum abusus. Abominemur quia Religiosi sumus, quidquid vanorum minimum vanos mores & amores saperet. Extinzione Vocatiois nostræ gratiam hæc vagæ non est, & instabilitas, & in periculum insuper adducit mar-

tantum mundanorum hominum superemus malitiam, quantum praे illis sanctitate debeamus excellere. Abominemur, quia inter Ecclesiæ sue Ministros adlegere nos DEUS voluit, omnem in Divinis officijs, obsequiisque, quæ Suprēmo Regi nostro exhibemus, tempore, negligētiam, impietatem: sicut enim, quæ agimus, sunt sanctissima, & cœlestium spirituum pulcherrimas occupationes quodammodo tumultantur, ita si profanare Sacra lanza hæ Ministeria non veremur, res est infinito DEI odio digna, & ejusmodi omnino, quæ nos infernis spiritibus reddit similes. Amemus, amemus illa, hæc odio prosequamur implacabili. Quidquid amore hoc, vel hoc odio dignum non sit, nihil sane affectus meretur in utranivis partem, neque dominatum adeo ullum in voluntatem nostram, par est, ut exerceat. Et qui adeo nihilominus frequens est humanæ mentis error, ut circa illa tam diversis sapientibus agatur, quæ nec amari digna sunt, neque odium merentur? Sanè cùm in hoc, quam latè patet, universo, præter hominem res omnino nulla sit, quæ amat aliud, quam quod bonum est, aut fugit aliud, quam quod malum est, decens omnino erit, ad hoc deinceps obfirmate animum, ne quid ametur porro, nisi quod

bonum esse recta nobis ratio persuadet, oderimus verò nihil, nisi quod malum esse eodem rationis nostræ consilio deprehendimus; cetera tandem non curemus, quæ sunt ejusmodi, ut neque amore, neque odio digna sint.

Non inutile fuerit, si subsistas hic paulisper bone Lector, & illa tecum repeatas, quæ mentem efficacius tibi feriunt, affectumque sollicitant: sed ita id velim agas, ut singulorum, vel potissimum saltem, quæ amas, vel odisti, amorem aut odium, adhanc de vero hominis Bonum maloque regulam sic exigas, ut convictum te planè deprehendas. Serviet profectò huc reflexio attentè facta ad solidiora de rebus judiciorum & tollet perniciosa quædam principia, nimis commentitijs, & vanissimis ideis, quibus misericordia delusi Bonum pro malo, malum pro Bono impudicii emptores toties amplectimur.

IV. Sed & hoc discamus, quanto vel amorem vel odium in rem quamque pondere ferri debet. Si rationis ductum, ut par est, sequimur, per boni malive inæquali mensurâ, intensius remissusve amare aut odiisse quidpiam convenienter. Cùm ergo vera boni ratio, quæ creaturis in potest, ex eo sumenda sit, quod admoveat alios nos fini nostro, mali verò, quod ab eodem redimovet: & quum est, ut, prout conjungit

felicitati nostræ propius, vel abstrahit longius, ita eam amplectamur arctius, vel severius detestemur. Proinde sicut omnium amorum ille nobilissimus est ex indole sua, nobisque ad felicitatem nostram utilissimus, qui & in rem fertur excellentissimam, & ex motivo sublimissimo, & in gradu intensissimo, & quoad tempus, quo durat, longissimus est; ita solus hic est, quem excitare in nobis studiosissime, frequentissimeque expediret, quin immo, si id vires nostræ patent, ut vita omnis non esset, nisi amoris hujusmodi pretiosa repetitio.

Quidni igitur Charitati illi, virtutum reginæ, & animæ Sanctorum operum totos nos impendimus? Ex ejus sanè motivo quisquis agit, premium actionibus suis conciliat, quo eligi questuosius, nobilissime non potest. Metam affectuum nostrorum habemus pulcherrimam, si, quidquid agimus, ita in DEI Optimi Maximi venerationem relatum cupimus; quod ut referantur omnia, Perfectio tum Religiosa postulat, tum alia, quæ Divinam Majestatem proxime respiciunt, virtutes. Studeamus hisce actibus, quam possimus impensissem, iisque mentem & voluntatem nostram, quoad fas quidem erit, occupemus assidue, & colligemus hanc amandi industria opes coram oculis DEI, soli

G 3

DEO

DEO pro meritis & estimabiles & numerabiles. Et cum hi tam sancti amores saturitatem vel aliquod sui fastidium create neque possint neque debeant, hoc nobis incumbet officij, exercitij tam praestantis occasiones ulterius frequentissimas, nunquam contenti ultra actuum pulcherrimorum numero, nunquam saturi ullo bonorum, quae secum ferunt, cumulo,

Sancte Mercatorum imitemur hic avaritiam vel ambitionem Aulicorum hominum, quorum illa nullis opibus, ista honoribus nullis ad fastidium impletur. Anhelant semper, & indissisis cursibus bonum illud, quod desiderant, sequuntur, efficaci ad nos exemplo, quod imitari indecorum est, si finem nostrum ultimum per cum illis fervore prosequamur, pari fugiam industriam, quidquid ab hoc assequendo nos impedit. Caveamus sancte imperfectiones, quidquid offensarum est, quibus irritus DEUS; sicut vel Mercator fures, vel & mulier ambitiosus detestatur, eam salutaris, ut putat, vehementiam, ut neque disquirat secum, vel deret de affectu & quietate, sed primam hostem qui occurrit forte animo, imaginem prius execretur, quam objectam sibi sentiat. Ita tere debes, quidquid a DEO tuo te separatur.

verò & ex avari hominis affectibus licebit discere, quis tibi animus in illarum rerum usu esse debeat, quæ neque bonæ reverà, neque malæ sunt. Homo avarus toto animi imperu fertur in lucrum. Unde quidquid ipsi offertur, aut in oculos incurrit, confessim subit cogitatio, an ejusmodi sit, ex quo aut sperare lucrum, aut timere jacturam possit. Quod si aliquid sit, quod nec lucrum promittat, nec damnum inferat, illud pluris non facit, quam prætervolantis muscæ, aut accidentis folij sonitum. Tantum abest, ut ea desideret, quæ nec præsentia prodesse, nec absentia nocere possunt.

Hunc in modum nostri quoque cordis sensus compositi esse debent circa ea, quæ nec cum DEO nos conjungunt, nec ab ipsius amore nos avellunt.

V. Quis igitur fuit ad hoc usque temporis momentum meus in verum Bonum, & in verum Malum affectus? Si Bonum meum semper pro merito dilexi, si Malum meum, quo decibat odio habui, si cetera omnia, quæ nihil in alterutram partem possunt, generosè despexi, maximo profecto mihi poterit esse solatio. Si verò ex adverso Bonum meum odio, si Malum meum amore, incautus rerum estimator prosecutus sum, si ipsis curam affixi, quæ nullum

104. I. Dies Exercitiorum.
mentum afferre poterant, iungens sancte casu
subest, ut pro erroris mei mensurâ excitem pâ
nitentis animi dolorem.

Ah me miserum! quod jacturâ propriâ insu
per habitâ, ijs me rebus plerumque impendo
rim, quarum curâ ne unquam me quidem tan
gere debebat. Cur obsecro, sollicitè indago: an
iste in Italiâ, hic in Germaniâ sedem fixerit? In
utilia hæc sunt, & desiderijs meis indigna. Illuc
potius curandum est, ut quanto possum studio
Bonum meum in omnibus queram, nec ca
patiar fallaci rerum umbrâ abripi, & inutilebus
ideis distineri. Atollendus est in cœlum an
mus, & omnes actus mei ad maiorem Condi
toris nostri gloriam dirigendi: conquirendo
mihi sunt æternæ salutis adjumenta, quæ libera
li providentiâ Santa Mater Ecclesia parata ha
bet; subigendi indomitæ naturæ motus, &
componenda constanti studio ad sacri Institu
mei normam vita; applicandus denique omni
conatu animus, ad obeunda Sacerdotalis Mi
sterij munia; nec aliud querendum commi
dum, quam quod ex suavissima cum DEO in
miliaritate capi potest. Statuamus igitur, ma
jorem deinceps nostri curam gerere, & ab in
illorum solitudine longissimè recedere, quæ
mentes hucusque nostras miserè, & absque fa
culam.

Dissertatio. De vera hominis felicitate. 105
et lancerunt. Quæramus verum Bonum,
& quod oportet, quæramus studiō, ac labore.

VI. ANNOTATIO,

Materia, & nexus Considerationum
cujusque diei Exercitiorum.

Ut Considerationes alijs singularum &c.

VII. ANNOTATIO,

Modus, quo Considerationes fieri
debent.

Elevandus ante omnia est ad DEUM ani-
mus &c.



G S CON.

C O N S I D E R A T I O

Pro Prima Die.

De Missa, Vesperis, Sacra Communio
ne, & Visitatione Venerabilis
Sacramenti.

1. Præmissa Oratione præparatoria, &
vocata Sancti Spiritus ope, considera, insi-
prorsus diligentia illa obeunda esse Pietatis ex-
citia, quibus DEUM colimus; cùm longe
biliora sint illis, quibus circa Creaturas oc-
pamur. Hujus generis sunt celebrare, ve-
dite Missam, Vesperis ac Horis Canonicis a-
stere, Sacram accedere Synaxin, visitare Ve-
rabile Sacramentum &c. Fructus, qui
percipitur, magnam partem dependet ex an-
cultura, quâ te ad isthac præparas.

2. Quando te ad dicendum, aut audiendu-
m Sacrum accingis, non aliter te gerere de-
quàm si Calvariae montem descendere, &
nia animô recolere velles, quæ olim illici
sunt. Est enim hoc ipsum Sacrificium, hic
JESUS, qui supra Aram immolatur, & pri-
singillatim hoc ipsum præstat, quod in C
suffixus pro universo hominum genere
Quis obsecro ex hac Consideratione tibi
Iesus debet?

3. Quòd si durante Missâ singula expendere placeat, quæ à Sacerdote fiunt; actum Fidei præmissas, necesse est, quô sanctè protesteris, te firmissimo assensu omnia credere, quæ in tremendo hoc Sacrificio de Redemptore JESU tibi repræsentantur; cujus immensa Charitati eternum obstrictum fateberis, paratissimus, non tantum omnia vitæ tuæ momenta, sed omnes etiam sanguinis guttas, tuendæ hujus Mysterij Veritati consecrare, ad majorem Sanctissimi ejus Nominis honorem.

4. Confessio Generalis, quæ ad initium Missæ fieri solet, magnam tibi puritatem explicit, quam tanti Mysterij dignitas exigit. Dolentis animi affectum, & contriti cordis actum, quantum potes demissione, intus elice, quem vides externa corporis inclinatione, pectorisque tensione, ita jubente Ecclesia, produci, ut publicâ scelerum detestatione, honorifica coram totâ coelesti Curiâ mulcta statuatur in peccata, quibus ingrati mortales Divinam Majestatem offendimus.

5. Ut Divini hujus Sacrificij participem reddas, necessarium omnino est, ut cor ab omnibus Fordibus immune serves. Christus vitam suam, absolutissimam omnis Sanctitatis Ideam pro te obtulit. Para & tu ipsi sacrificium, & victi-

7
victimam pone vitam tuam, sensuum illecebri insi-
8 Et noxijs desiderijs deformem, tum enim vel riūs
te dignum reddet, qui incruento huic Sacrificio teris
assisas, & de immenso Sacratissimi Sanguini tene-
9 pretio liberaliter participes.

10 6. Cave obliscatis intentionem excita pietat-
quatuor antiquæ Legis Sacrificijs ex quo præ-
spondentem, quæ omnia Sanctissimum M[odestus] ipse
Sacrificium complectitur. Est enim Holocætum ita
stum, quô Divinæ Majestati supremum in que-
nostrâque omnia, Dominum devotissime fieri
terimus. Est Victima Eucharistica, quâ gratia ficio
acceptorum Beneficiorum memoriam contine sacra-
miserum criminum veniam dolenter p[ro]haber-
mus, & Divinam vindictam Innocentij 8.
Agni Sanguine placamus. Est denique Sacraudis-
cium Imperatorium, quô tum generatim tatione
vinæ Gratiae auxilia à Divina Bonitate petim sioni,
tum etiam speciatim pro hoc vel illo re hoc ip-
concursu, prout quemvis necessitas imp[er]tibi re-
Erit autem cuivis integrum hac in re Auguini-
tricis Gratiae ope[m] debita cum Reverentia Purp[er]a
gitare, & mutare quandoque vices, atque he-
unam, cras alteram poscere Gratiam pro qua
quam humanarum rerum vicissitudo, aut occu-
tidiana necessitas offert, occasione. Sed & i[psa] Aram

cebris
m vel
actific
anguin
excit
equo
m Ma
Holoc
n int
ssimi
ter p
rentif
e Sac
audis,
ratim
petim
lo re
d & ij
cque b
n pro
o, aut
d & ij
insistere precibus, & eundem favorem, ut secundus assequaris, constanti devotione exigere poteris. Tu sanctæ hujus intentionis memoriam tene, & quod optimum videbitur, elige.

7. Quod si ipse Sacris opereris, age, ut magnopere pietatis fervore, Ritus, Verba, & Cæremonias præscriptas non aliter observes, ac si Christus ipse præsens adesset; si Sacrum auditurus ades, ita cogitationes, & cordis affectus collige, ut quæ Sacerdos agit, quæque profert, quantum fieri poterit, assequaris. Qui enim huic Sacrificio præsentes assistunt, sacrificant & ipsi cum sacro Mystra, atque idcirco omnes cor idem, quæ eisdem cogitationes, linguam denique eandem habere debent.

8. Nihilominus si metuas, ne, dum Sacrum audis, mentis evagationem patiaris, affige cogitationes Vitæ Christi, ejusque Sanctissime Paschæ, cuius omnia mysteria Missa exprimit; & lo re hoc ipsum ineruentum Sacrificium memoriam impatihi refricabit ingentis illius Sacratissimi Sancti Auguini effusionis, quæ olim Calvariæ montem purpuravit.

9. Opportunè etiam precibus uti poteris, quæ verbis & voce persolvuntur, non tamen ita, aut occuperis, ut attendere ad ea non possis, quæ ad Aram Sacerdos agit, cum quo Sacrificium offerras.

110 I. Dies Exercitiorum.

ras. Præcipue autem animum adverte ad oblationem Panis, & Vini, ad Consecrationem & Adorationem Augustissimi Sacramenti, ejusque sumptionem. Offer te ipsum, quanto potest devotissimo animi sensu cum hoc ineffabilis Mysterio Divinæ Majestati, & cum profundissima Reverentia te ipsum prosterne, ac humili coram Sacratissimo Christi Corpore & Sanguine, quando illa tibi adoranda elevantur. Cnare insuper tenerrimo affectu illa in Cordum suum recipere, si ita pro ipsius Gloria, tuorum propriò commodò expedire videbitur.

110. Tempus autem perquam accom dūm erit spiritualiter communicandi illud quod audiendæ Missæ impendis, si tum sacra Synaxin accedere non licebit. Hanc porro ritualem Communionem illi devotè conjungit quam Sacerdos reipsâ præstat; certus, quod tam sancto opere magnum Gratiae augmentum capere possis, siquidem, quoniam decet pietatis diu illud obeas.

111. Sed & Vesperis Diebus Dominicis Festis, siquidem nullò tuorum incommodò potest diligenter assistes, & hanc exiguum sinceritatis testificationem Divinæ Majestati promittatque obsequioso cordis affectu tribues; cui titulis æternum obstrictus vivis. Siquidem

Matutinum tantum tempus, sed & pomeridianum Divino Nomi oportet demissè impendere : certè præstat magis templô penitus abstinere, quàm in illo sine Devotione, & debiti respectù significatione tempus perdere.

12. Ad Sanctissimum incruenta Ara Sacramentum non aliter accede, quàm si Paradisum ipsum, & felicissimum illum Beatarum Menthium cœtum ingredi velles ; cùm non minor Reverentia ac cordis puritate oporteat Christum suscipere, quàm ab ipso suscipi.

13. Si conceptum animi fervorem frequenter sacræ Synaxeos usu imminuisentias, clare demonstras, te minori, ac par erat, pietatis studiō paratum illam adiisse ; cùm nihil & quæ pectus inflammet, & ad sequentem Communionem rectè obeundam ita disponat, ac præcedens Communio ritè obita. Gratia, quæ per hoc Sanctissimum Sacramentum piò sumentibus confertur, satiat, non sauciatur appetitum, & citra fastidium saturando, acuit desiderium communicandi. Prorsus ut visio DEI, quæ jucundissimo aspeetu ita cœlum mentes implet, & recreat, ut immensa semper percellat voluntate, siquidem post mille, atque iterum mille annos, quos intuendo DEO exegerunt, tantò tamen illius videndi desideriò impelluntur,

tur, quanto arserunt, cum primū Cœli atrium subierunt. Similēmne gustum tuę, quae obis, Communiones in te excitant?

14. Consultum porrò erit, ut sacræ Communionis tempore cum dulcissimo tuo Hōspite JESU occuperis, revocando in mentem id quod in servitio DEI difficultimum tibi occurseret solet, & collectō tum animō ita tecum contiocineris: enī, DEUS tuus se totum tibi impetrat; an non vicissim te totum ipsi donabit? Difficultatem, quæ te, quod minus hucusque faceres, retardavit, an non generosè justificatio ipsius amore superabis? an non voles in tua libenter offerte, quod nemo audebit illi jecundum negare? Ita oportet scipsum urgere, & suavitatem ad præstandum debitum impellere. Cetero argu si ullum in hac mortali vita opportunum ageretur, di sincero cordis affectu cum amantissimo dñe nostro JESU tempus erit, illud erit, quod Sacramentum Christi Corpus sumimus; hoc si beatus impenderis, experieris, quem, & quantum?

15. Sed dic, obsecro, quid impedimenti possint esse potuit, quod hucusque tam modicum ex illo cetero sanctæ Eucharistie sumptione profectus ceperis? Nunquid quia Potentiā & Bonitate amantissimi Hōspitis in commodum tuum desiderasti?

neglexisti, aut non cā, qua par erat, reverentiā, negotium animæ tuæ cuin ipso intus egisti? An forte quia animum à consueta ad tam sublime Mysterium præparatione, & debita gratia- rum actione incautè avocāsti? Vel certè, quia hos ipsos affectus non pro ea, ac res exigit, varie- tate mutāsti. An verò quia solitus es semper ipse loqui, & non potius auscultare verba salu- tis, quæ quandoque libet Dulcissimo Hospiti intus ad cor nostrum facere? Adhibe deinceps eam diligentiam, quam & tantæ Majestatis dignitas, & tantæ Bonitatis amor, & propria tua exigit necessitas: illâ utere varietate, quæ conciliare devotionem, & utilitatem afferre pos- sit; & cogita: ut magnum esset irreverentia- argumentum, Dominum, ac Servatorem tuum intra viscera tua otiosum relinquere, ita impru- dentiā & damnō non carere, animum ad illa Sacra non advertere, quæ ipse ad cor tuum loqui dignatur.

16. Necesarium prorsus non est, novos possim quotidie excogitare pię communicandi mo- entia hos; ille optimus est, qui communis; siquidem am ex illo recte utaris. Quid enim nos magis cum profecto DEO nostro, interno quodam vinculo con- nectit, quam ea animo studiosè volvere, quæ fi- tuum des nos circa hoc Mysterium communissimè

H

docet;

docet; ut nimis cùm ante, tum post lacram
Comunionem, hisce maximè cogitationibus
occupemur. *Quis est iste, qui ad me venit?*
quis sum ego, qui ipsum recipio? *Quomodo si*
ad me venit? & quo pacto ego ipsum accedo?
quare ipse ad me venit? & quam ob causa
ego ipsum accedo? *quis est iste, quem ego inten-*
me suscipio? *quis sum ego, qui ipsum intra te e-*
suscipio? *quid potest ipse pro me, quid ego pro*
ipso facere? *quid ille desiderat pro me facere?*
& ego quid pro ipso faciam? *quid petam*
ipso, & quid ipsi retribuam? Collige te ipsius
& bene expende horum verborum sensus
multiplices profectò pietatis ac devotionis
fectus excitabis.

17. Si verum est, quod unica Communione
nos possit perfectos reddere, palmaris sancti Iu-
stra culpa sit, necesse est, quod post toties iudicium,
potum Sacratissimum Christi Corpus & Sanguinat.
nem, adhuc sordibus pleni, luto inhaerentibus:
tur:

18. Excute singillatim miserias tuas, ut ob-
quantò potes inclinata voluntatis affectu, pueri
minum tuum alloquere, & precare, ut adju-
te veniat. Paratissimus est in hoc Sanctus regi-
Sacramento, ad praestanda tibi officia, &
renda ea consilia, quae Magister optimus,
dicus, Advocatus, Consolator, Redemptor, on P

Considerat. De Missa, Vesp. & SS. Com. &c. 115
lacram amicus sincerissimus suggestere potest. Ille ni-
ionibus hil aliud desiderat, quām omne optimæ volun-
venit tatis studium tibi exhibere. Si mihi fidem da-
do ip- bis, accures ad ipsum, & impensisimè roga-
accedi- bis: dignetur te ita illuminare, ut agnoscas ea,
causa quæ tibi maximè necessaria sunt, simulque at-
go in- tentum te reddat ad eos pietatis sensus, quos in
ntra- te excitare dignabitur. Tu verò vicissim
d ego promptissimum te offeres, ad præstanta diligen-
e fac- tissimè omnia ea, quæ ipse abs te fieri desiderat.
betam 19. Quām malè moratus aulicus tu es! ut
teipso qui tam segniter aulæ officia tractas? Princeps
senior tuus cupit te videre, totos dies ac menses, imò
tionis integros annos, in regio suo Palatio te præstola-
tur: & quoties ipsum visitatum accedis? Pu-
communiasne, ipsum hanc suī oblivionem non admo-
s sanctū curare? Nimia ipsius Bonitas impedit qui-
oties idem, ne in hunc neglectum gravius anima adver-
& Santat. Interim tamen ille immensā suā munifi-
ciamuscentiā etiam minima compensat, & remunera-
tuas ur obsequia, quæ à servidioribus suis Cultori-
ectu, pos ei impenduntur.
ut adj. 20. His visitationibus, tot titulis ipsi debi-
sanctus regulam statue; elige tempus, & locum com-
, & su- modum; præpara cortuum, & bonam, eāmque
cimus, articularem semper præfige Intentionem.
emptor on prohibeo, quin illud petas, ad quod tuus te

H 2

ani-

116

II. Dies Exercitiorum.

animus impellit : hoc solum moneo ; ut inphi-
mis animadvertas , compendiosissimam impe-
tranda singularis gratiae viam esse , si affectum
illius, qui scit , & potest nos infinitis obstringere
beneficiis, omni, quā poteris, amoris , & obli-
qui demonstratione, expugnare &
lucrari conceris.

